Codex f² Corbeiensis

sive

Qvatuor evangelia

ante Hieronymum latine translata.

E codice membranaceo qvinto vel sexto sæculo, ut videtur, scripto,
qvi in
Bibliotheca »Nationali« Parisiensi asservatur.

Nunc primum edidit
J. Belsheim.

Partem sumptuum suppeditavit societas scientiarum Christianiensis.

Christianiæ.
H. Aschehoug & Co.
MDCCCLXXXVII.

Parisiis. G. Fischbacher. **Lipsiæ.** K. F. Köhler. **Londini.** Trübner & Co.

Præfatio.

In »Evangeliario qvadruplice«, a Josepho Blanchino, Romæ 1749, edito, ad calcem ad sinistram continetur evangelium secundum Matthæum ex codice f^1 Corbeiensi olim Parisiensi nunc Petropolitano*). Sed qvum hic codex solum evangelium sec. Matthæum contineat, opus Blanchini non evangeliarium qvadruplex, sed tantummodo evangelium triplex est, qvod tria cetera evangelia: Marc. Luc. Joh. attinet, qvum loco textus qvarti nonnisi aliqvot lectiones variantes codicis f^2 Corbeiensis ab evangelio Johannis ineunte per evangelium Lucæ et usqve ad evangelium Marci exiens insunt.


Et in »Bibliorum sacrorum latinis versionibus antiqvis« a Petro Sabatario, Parisiis 1751, editis tom. 3 insunt qvoqve aliqvot lectiones variantes huius codicis f^2 Corbeiensis a medio capitis undecimi evangelii sec. Matthæum usqve ad finem evangeliorum. Mentio de hoc codice f^2 Corbeiensi qvoqve facta est (Pag. 661) in Johannis Salomonis Semleri appendice (Halæ 1764) ad eius editionem prolegomenorum Novi Testamenti, editore Johanne Jacobo Wetstenio (Amstelodami 1751). Hoc in appendice qvoque aliqvot lectiones variantes annotatæ sunt. Deniqve mentio huiusce codicis facta est in Leonis Ziegleri libro »die lateinischen Bibelübersetzungen«, Monachi 1879 pag. 108.

Autumno 1885, qvum mihi Parisiis commoranti copia data esset huius codicis examinandi, eum non parvi momenti esse ad res criticas textus Novi Testamenti et ad cognitionem latinitatis vulgaris eamqve ob causam dignum qvod textu completo prodiret putavi, qvare eum edere decrevi.

Desiderandum sane erat, ut princeps editio huius antiqvissimi magni momenti codicis meliore in habitu, litera ad literam, versu ad versum, columna ad columnam, pagina ad paginam codicis respondente, prodire potuisset. Sed eiusmodi editio opus grande 380

*) Editus erat a J. Martianæo, Parisiis 1695, et denuo ab editore opusculi huius, Christianiæ 1882.

paginarum fuisset, et qvum tantummodo breve tempus commorandi Parisiis mihi esset, et exigua in regione nostra facultas opus tam grande et sumptuosum edendi reperiretur, faciendum mihi nihil aliud erat, qvam ut hunc codicem Parisiis cum editione Vulgata conferrem et textum codicis eadem ex collatione mea, denuo autumno 1886, breviter me iterum Parisiis commorante, perlustrata, in libro parvi pretii, codicis literis et scribendi compendiis accurate expressis, sed scriptione continua dissoluta, ederem, qvod mihi satis difficile erat.



Codex hic membranaceus, cui nomen est ex monasterio inclito Corbeiensi prope Ambianos in Gallia septentrionali, ubi olim asservatus fuit, olim No. 195, nunc in bibliotheca Parisiensi, olim Regia, deinde Imperiali, nunc »Nationali« No. 17225 signatus est. Scriptura est continua literis uncialibus, pulchris rotundis, antiquissimis. Folia 190 sunt, 28 cm. alta, 25 cm. lata; in interioribus lateribus foliorum scriptura a tempore edace sæpe pæne abrasa est. Qvæque pagina habet binas columnas, in quaque columna 24 versus insunt. Specimen Scripturæ hic adposita est; hoc poterat melius esse, sed formam tamen et magnitudinem scripturæ demonstrat. Scripturæ codicis nonnulla est similitudo cum Pentateucho Lugdunensi, ab Ulixe Roberto, Parisiis 1881, edito.

De patria et ætate codicis huius aliquid certi dicere difficile est, nulla mentione eius in monumentis antiquis a me inventa. Putandum est interea eum in Gallia meridionali aut in Italia sæculo qvinto vel sexto scriptum esse. Multa ætatem remotam testantur: scriptura antiqvissima, orthographia mendosa vulgarisqve imprimis commutatio casuum accusativi et ablativi, nullus usus stichometriæ, ordo evangeliorum antiqvus, forma nominis antiqva Lucani (non Lucæ), absentibus qvoqve sectionibus Ammonianis et canonibus Eusebianis.

Codex evangelia qvatuor hoc ordine: Matth. Joh. Luc. Marc. continet ex consvetudine plurium codicum antiqvissimorum, consentiente Tertulliano. Folia aliqvot prima mediaqve partim deperdita partim lacerata sunt, qvam ob rem Matth. 1,1—11,6; Joh. 17,15—18,9; 20,22—21,8; Luc. 9,48—10,21; 11,45—12,6; et versus et verba aliqvot in Matth. c. 11; Marc. c. 9 et c. 16 desunt.

Evangelia qvatuor hoc in codice ex consvetudine codicum aliorum antiqvissimorum in »breves« (*τιτλους*) vel capita divisa sunt: Matth. in 74, (primis 35 parteqve 36 deperditis), Joh. in 35 (36 ?) Luc. in 79 et Marc. in 46 (47 ?); primus cuiuslibet capitis versus literis rubris scriptus est litera initiali magna extra columnam posita. Numeri horum capitum hac in editione positi sunt. Capita (breves) quoque in sectiones, satis temere, ut videtur, divisa sunt. Hæ sectiones hac in editione tantummodo prima litera ineunte magna et spatio et puncto (.) signatæ et disjunctæ sunt ad volumen editionis non augendum. Specimen codicis fol. 4 b, Matth. 12,48—13,8 (pag. 3 editionis) dabimus:

evangelium

tecum;adipserespō
densdicentisibiait
quaeestmatermea
autfratresmei.
Etextendensmanū
indiscipulossuosdi
xit.eccematermea
etfratresmei;qui
cumqueenimfece
rituoluntatēpatris
meiquiincelisest.
ipsemeusfrateret
sororetmaterest;
decomo
XXXIXInilladieexitihš.etse
debatsecusmare.
etcongraegatae
suntadeumtur
baeitautinnauico
lamascenderet
sedere.etomnes
turbastabantin
litore.
Etlocutusestadeos
multainparabolis
dicens;ecceexiit
quiseminatsemina
re;etcumseminat.
quaedamceciderint
secusuiametuene
runtuolucresetco
mederunt.etquae
damautemcaecide
runtinpetrosaubi
nonhabebatterrā
multam.etcontinuo
exhortasuntquia
nonhabebantalti
tudinemterrae;sole
autemortoaestua
ueruntetquianon
habebantradicem
aruerunt.aliaautē
cecideruntinspinis
etcreueruntspinae.
etsuffocaueruntea.
Aliauerocaeciderunt
interrambonam
etdabantfructum

Insunt in foliis 1—40 reliqviæ textus evangelii secundum Matthæum; in foliis 41, 42 inest argumentum vel index capitum

evangelii sec. Joh.; in foliis 43—87 textus eiusdem evangelii; in foliis 87—90 argumentum capitum evangelii secundum Lucanum; ubi inest qvoqve prologus perantiqvus in evangelium idem: Est qvidem Lucas antiochenus syrus arte medicus discipulus apostolorum postea vero paulum serviens etc.; deinde inest in foliis 91—151 textus evangelii secundum Lucanum, porro in duobus foliis argumentum capitum evangelii sec. Marcum, denique in foliis 154—190 textus evangelii eiusdem. Argumenta capitum, ex editionibus multis aliorum codicum nota, hac in editione omissa sunt ne volumen et pretium eius plus qvam necesse esset augeretur.

Codex est mendose et vitiose, promiscue et temere, ex auditu, ut videtur, alio prælegente, scriptus; scriba sæpe verba etiam sententias, ut videtur, oblitus est; compendiis scribendi non multis usus est; tantummodo deus, dominus, iesus christus, spiritus sanctus constanter compendiose: ds̄, dms̄, ihs̄, xps̄, sps̄ scs̄ scripta sunt, omnibus his compendiis cum mutationibus necessariis qvoqve scriptis in casibus obliquis; non constanter scriba aliis compendiis usus est imprimis in fine versuum, spatii exigui causa, ubi sæpe lineola super litera vocali versus ultima pro literis nonnullis consonantibus posita est.

Prior circiter dimidia pars huius codicis a manu negligente aliquot sæculis recentiore quam prima ex editione Vulgata multis locis interpolata et correcta est, emendationibus supra versus positis. Signa interpunctionis, qvæ vocantur, prima manu rarissima sunt, interdum punctum (.). Recentiore manu contra in priori parte dimidia signa interpunctionis multa superflua, imprimis semicola (;), sæpe temere posita sunt. Hac in editione signum interpunctionis (.) tantummodo raro, ubi imprimis necesse esse videbatur, positum est. Correctiones interpolationesqve recentiore manu adhibitæ hac in editione literis uncis [ ] inclusis significatæ sunt ex. gr. Matth. 13,25 in codice: $\overset{dor}{\text{romirent}}$, — literis »ro« deleatis — hac in editione: romirent [dor-]; V. 31 in codice: $\overset{o}{\text{agrum}}$ $\overset{o}{\text{suū}}$ — literis um, ū deleatis —, hac in editione: agrum[-o] suū[-o] significata sunt. Literæ et syllabæ, quas scriba, ut videtur, oblitus est, aut quæ in laceratis foliis deperditæ sunt, hac in editione arcubus ( ) inclusæ sunt. Numeri capitum versuumque hodiernorum ad faciliorem lectorum usum hac in editione adhibiti sunt.

Codex in qvaterniones, qvæ vocantur, XXVII divisus fuerat. Numeri septem earum reliqui sunt: fol. 79 b infimo

XIII, fol. 100 b inf. XVI, fol. 121 b inf. XVIIII, fol. 137 b inf. XXI, fol. 161 b. inf. XXIIII, fol. 169 b inf. XXV et denique fol. 185 b inf. XXVII. Ceteri numeri qvaternionum deleati aut deperditi sunt.

Exempla linguæ in codice vulgaris antiqvæ nonnulla hic adhibentur:

Matth. **12**,35: thensauro (bis); 42: benit (pro venit); **13**,2: navicolam 5: exhorta (pro exorta), 8: sexāgēsimum, tricensimum, 32: creberit (pro creverit bis), holeribus (pro oleribus), abitent (pro habitent) **17**,26: amum (pro hamum); **21**,30: habiit (pro abiit); **25**,23: serbe (pro serve), 35: vivere (pro bibere), 38: bidimus (pro vidimus); **26**,63: vibi (pro vivi), 66: plasphemiam (pro blasphemiam). Joh. **2**,15: obes (pro oves); **6**,69: ivimus (pro ibimus); 8,52: serbaberit (pro servaverit); **11**,33: turbabit (pro turbavit); **16**,7: habiero (pro abiero); **20**,15: ortulanus (pro hortulanus); Luc. **1**,10: ora (pro hora), 44: exultabit (pro exultavit); **3**,17: haream (pro aream); **6**,45: hos (pro os); **8**,31: habissum (pro abyssum); **13**,24: hostium (pro ostium); **14**,5: bus (pro bos); **15**,5: umeros (pro humeros), 15: habiit (pro abiit); **19**,12: habit (pro abiit); **21**,18: vibam (pro bibam); **22**,30: vibatis (pro bibatis); **23**,43: odie (pro hodie); Marc. **4**,28: erbam (pro herbam); **11**,20: haridam (pro aridam); **14**,16: habierunt (pro abierunt); **15**,33: oram (pro horam). Commutationum qvoqve casuum accusativi et ablativi exempla adhibentur nonnulla: Matth. **15**,39: venit in finibus; **18**,3: intrabitis in regno; **19**,1: a galilæam, 23.24: intrabit in regno (bis); **20**,8: a novissimos, 17: ascendens ihš in hierosolymis; 21,10: intrasset hierosolymis; **23**,33: a iudicium; **24**,16: fugiant ad montibus; **25**,44: videmus in carcerem; **26**,45: tradetur in manibus; **27**,55: a galilæā; Joh. **1**,18: qui est in sinum; **2**,25: esset in hominem; **4**,5: venit in civitate, 23: in spiritū et veritatem, 30: de civitatem; **5**,1: ascendit ihš hierosolymis; **8**,2: venit in templo, 3: in moechationem deprehensam, 44: est in eum; **11**,9: inter die, 10: ambularet in noctē, **14**.11: ego in patrem est; **15**,10: maneo in dilectionem; **19**,2: vestem purpuream inducunt eum; Luc. **1**,39: cum festinationem; **2**,23: est in legem domini; **4**,1: ab iordanem, 24: est in patriam suam; **5**,14: pro emendationem tuam, 16: secedebat in deserto; 6,12: erat in orationem; 41: in occulum; **7**,24: de iohannem; **9**,39: cum spumā; **12**,28: in agrum est, 54: ab orientem; **13**,6: plantatam in vineam suam; **22**,45: ab orationem; **23**,7: de potestatem, 26: de villam; Marc. **1**,29: cum iacobū et iohannē; **6**,27: decollavit eum in carcerem; **8**,34: cum discipulos; **9**,8: de montem; **9**,42: est in ignis inex-

tinguibilis (nomin. pro ablat.) **10**,37: sedeamus in gloria tuam. Genus Masculinum pro neutro: Matth. **23**,19.20: altarem; Marc. 9,49: salē. Formæ uerbales: -ant, -ent, -int, -unt compendiose scriptæ sunt: ū, ā, ī, ē: Luc. 5, 7: adnuerū; **6**,19: quærebā, 31: faciā; **8**,35: timuerū; **9**,40: eicerē; 12,27: crescū; **13**,31: adcesserū; **15**,7: indigē; **16**,26: veniū; **17**,28: edebā, emebā; **19**,40: tacuerī, clamabū; **20**,11: dimiserū; **22**,64: velaverū, inludebā; **23**,5: invalescebā; **24**,21: sū; Marc. **1**,32: adferebā; **4**,10: rogaverū; **5**,14: pascebā, 15: timuerū, 17: coeperū; 8,8: manducaverū; **12**,44: miserū; **14**,1; tenerē; **15**,19: percuttiebā.

Marc. 10,25 ante 24 positum est.

Annominationes (Paronomasiæ) casu, ut videtur, insunt: Luc. 21,5: lapidibus bonis et donis ornatum, 23: in utero habent et ubero dant.

Collatio textus codicis huius cum textu græco et recensione Vulgata et aliis textibus latinis sane desiderari poterat; sed hæc mihi prætermittenda erat ne volumen editionis augeretur.

Qvamqvam omnem operam dedi ut editio hac accurata et correcta prodiret, et hoc consilio nihil intentatum reliqvi, qvod mihi faciendum erat, tamen incommode accidit, ut verear editionem non sine mendis esse; credo tamen mendas non permultas, neqve graves esse, sed qvarum veniam a lectoribus benevolis sperare audeam.

Qvum opusculum sub prelo esset hæc animadverti corrigenda: Matth. **13**,32: abirent, legas: abitent (pro habitent); **18**,17: audierit, legas: audierit eos. Joh. **10**,8: non audierunt eum fures oves meae, legas: non audierunt eum [eos] fures oves meas(!); Luc. **2**,43: et non cognovit [parentes eius], legas: et non cognovit [cognoverunt parentes eius]; **24**,29: mane nobiscum quoniam aduesperatum, legas: manete nobiscum quoniā advesperum. Marc. 5,21: numerum capitis vel brevis XV ante verba: »Et cum transfretasset«, oblitus sum; eam ob causam ponendus est.

Restat ut hic maximas gratias agam et præfecto bibliothecæ »Nationalis« Parisiensis domino doctissimo Leopoldo Delisle et omnibus ceteris, qvorum ibi ministerium est: Zotenbergio, Michelant, Depres et plur. dominis doctissimis quod egregia benevolentia me Parisiis commorantem affecerunt. Gratias qvoqve maximas ago et societati scientiarum Christianensi, qvæ partem sumptuum huius opusculi imprimendi suppeditavit, et multis aliis viris doctissimis, qvorum consilio et præstita opera usus sum.

Christianiæ 17 die mensis Maii MDCCCLXXXVII.

J. Belsheim.

(c. 11) 16 ... est pueris sedentib' in foro et adclamātibus ad inuicem
et dicentibus. 17 cantauimus uobis et nō saltastis lamentauimus uo-
bis et non planxistis. 18 uenit iohannes neque māducans neque
bibens et dicunt demonium habet. 19 uenit filius hominis mandu-
cās (et bi)bens et dicunt ... (ho)mo uorax. et .... amicus (publicano)-
rum et pec(catorum) ... ca. 20 ... egerunt poenitentiam. 21 Uae
corazain uae tibi bedsaida quia si in tyro et sidone factae sunt uirtu-
tes .... in cilicio et cinere .... egissent. 22 Uerumtamen dico
uobis. tyro et sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis. 23
Et tunc cepharnaum numquid usque ad caelum exaltaueris. usque
in infernum descendes quia si sodomis factae fuissent uirtutes
quae factae sunt in te forte mansissent usque in hodiernum. 24
uerumtamen (di)co uobis quia ter(ræ sodo)morum ... erit in die iu-
dicii quam uobis ..... 25 .. (res)pondens ihs̄ dixit. confiteor tibi pater
dn̄e caeli et terrae quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus
et reuelasti ea paruolis 26 ita pater quoniam sic fuit beneplacitum
ante te. 27 Omnia mihi tradita sunt a patre meo et nemo nouit
filium nisi pater et patrem quis nouit nisi filius et cui uoluerit
filius reuelare. 28 Uenite omnes qui laborantes et onerati estis et
ego uo(s) .... (re)ficiam ... 29 (iu)gum me(um) uos et discite a me
quia mitis sunt [-m] et humilis corde et inuenietis requiem animis
uestris. 30 iugum enim meum suaue et onus meum leuae est
(c. 12) 1 ...... abiit ihs̄ per segetes sabbatis discipuli autem eius (e)su-
rientes coeperunt uellere spicas et manducare. 2 Pharisaei autem
(uiden)tes illos et dix(erunt) ... faciunt .... licet .... 4 .... in
domum dī et panes propositionis manducauit quod non licebat ei man-
ducare. neque his qui cum illo erant nisi solis sacerdotibus. 5 Aut
non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatū
uiolant et sine crimine sunt 6 dico autem uobis quia sabbato
maior est hic. 7 Si enim sciretis quid est misericordiam uolo et
non sacrificium nunquam condemnassetis innocentes 8 dm̄s est
enim sabbatis filius hominis.

XXXVI. 9 Et inde transiens uenit in synagogā eorum 10 et
ecce homo erat ibi manum habens aridam. Et interrogabant di-
centes si licet sabatis curare ut accusarent eum. 11 Ipse autem
dixit qui ex uobis q(ui) ... ouem et ecc(e) ... in foueam .... nonne
ten .... et leuanit ... 12 .. to magis ...... est homo ... licet sab
.... facere. 13 Tunc ait .... tende .... am .., man ... res ..
cia ... 14 Et .... concilium faciebant. aduersus eū ... ut eum
perderent ... autem secessit ... (in)de 15 et sequebant(ur) eum
multi et (cu)rauit eos omnes ... quos cura ... 16 accepit eis
ne .... (u)ulgarent eū ... 17 inpleretur ... dictum est .... (esa)iam

prophe(tam) (di)centem .. 18 (pu)er meus ... (el)egi dilec(tus) ....
in quo ... placuit ... ea po(nam spiri)tum ... (sup)er eū ... 19 .. det
neque clamabit. neque audiet aliquis in plateis uocem eius. 20 harundi-
nem quassatam non confringet. et linum fumigantem non extinguet
donce eiciat in uictoriā iudiciū 21 et in nomine eius gentes spera-
bunt. 22 Tunc oblatus est ei homo daemonium habens caecus et
mutus et curauit eum ita ut loqueretur et uideret. 23 Et stupebant
omnes turbe et dicebunt. numquid hic est filius dauid. 24 p(h)ari-
saei autem audientes dixerunt hic non eicit demonia nisi in belze-
bul prīcipem daemomorū. 25 Sciens autem ihš cogitationes eorum
dixit eis. omne regnum diuisum contra se desolabitur. et omnis
ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. 26 si enim
satanas satanan eicit aduersus se diuisus est. quomodo ergo stabit
regnum eius. 27 Quod si ego in belzebul eicio demonia fili uestri
in quo eiciunt. ideo ipsi iudices erunt uestri. 28 Si autem in spū
dī ego eicio daemonia. utique adpropiauit in uos regnum dī. 29
Quomodo potest quis intrare in domum fortis et uasa eius diri-
pere nisi prius allegauerit fortem et tunc domum illius diripiet.
30 Qui non est mecum contra me est et qui non congregat mecum
disparcit. 31 Ideo dico uobis omne peccatum et blasphemia remitte-
tur hominibus. spš autē blasphemia non remittetur hominibus. 32 Et
quicumque dixerit uerbum aduersum filium hominis remittetur ei qui
autem dixerit contra spm̄ scm̄ non remittetur ei neque in hoc sae-
culo neque in futuro. 33 Aut facite arborem bonam et fructum eius
bonum. aut facite arborem malā et fructum eius malum. ex fructu
enī arbor cognoscetur 34 Progenies uiperarū quomodo postestis bona
loqui cum sitis mali. ex abundātia enim cordis os loquitur 35
Bonus homo de bono thensauro profert bona et malus homo de
malo thensauro profert mala. 36 Dico autem uobis quoniam omne
uerbū otiosum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationē in
die iudicii 37 unusquisque enim ex uerbis suis condemnabitur.

XXXVII. 38 Tunc responderunt ei quidam de scribis et
p(h)arisaeis dicentes. magister uolumus a te signum uidere. 39 Ihš
autem respondens ait illis. generatio mala et adultera signū quae-
rit et signum non dabitur ei nisi signum ionae profetae. 40 sicut
enim fuit ionas in uentre caeti tribus diebus et tribū noctibus sic
erit et filius hominis in cordae terrae et tribus diebus et tribus
noctibus. 41 Uiri nineuitae resurgent in iudicio cum generatione
ista et condemnabunt eā quia penitentiā egerunt in praedicatione
ionae. et ecce plusquam iona [hic]. 42 Regina austri resurget in
iudicio cum generatione ista et condemnauit eam quia benit ab
ultimis partibus terrae audire sapientiam salomonis. et ecce plus

hic quam salomon. 43 Cum autem inmundus sps̄ exierit ab homine
ambulabat per loca arida quaerens requiem et non inueniet 44
tunc dicit. reuertor in domum meam unde exiui et ueniens inuenit
eam uacantem scopis mundatā et ornatam 45 tunc uadit et adsu-
mit secum septem alias sps̄. nequiores se et introeuntes habitant
in eo et fiunt nouissima hominis illius peiora magis quam priora
[-ibus]. sic erit generationi huic pessimae.

XXXVIII. 46 Haec eo loquente ad turbas ecce mater eius
et fratres stabant foris quaerentes loqui cum eo 47 dixit autem ei
quidā. ecce mater tua et fratres tui fores stant quaerentes loqui
tecum. 48 ad ipse respōdens dicenti ait quae est mater mea aut
fratres mei. 49 Et extendens manū in discipulos suos dixit. ecce
mater mea et fratres mei. 50 quicumque enim fecerit uoluntatē patris
mei qui in caelis est. ipse meus frater et soror et mater est.

XXXIX (c. 13). 1 In illa die exit ihs̄ [de como] et
sedebat secus mare. 2 et congraegatae sunt ad eum turbae ita
ut in nauicolam ascenderet sedere. et omnes turbae stabant in
litore. 3 Et locutus est ad eos multa in parabolis dicens. ecce
exiit qui seminat seminare. 4 et cum seminat quaedam ceci-
derunt secus uiam et uenerunt uolucres et comederunt. 5 et quaedam
autem caeciderunt in petrosa ubi non habebat terrā multam. et
continuo exhorta sunt quia non habebant altitudinem terrae. 6 sole
autem orto aestuauerunt et quia non habebant radicem aruerunt.
7 alia autē ceciderunt in spinis et creuerunt spinae et suffocaue-
runt ea. 8 Alia uero caeciderunt in terram bonam et dabant fruc-
tum quaedam centesimum aliud sexagēsimum aliud tricensimum 9
qui habet aures audiendi audiat. 10 Et accedentes discipuli dixe-
runt ei quare in parabolis loqueris ad eos. 11 Ad ipse respondens
ait illis quia uobis datū est nosse my(s)teriū regni. illis autem
non est datum 12 qui enim habet dabitur ei et abundabit. qui au-
tem non habet et quod habet auferetur ab eo. 13 Ideo in parabolis
loquor eis ut uidentes non uideant et audientes [non] audiant et
non intellegant ne quādo conuertantur. 14 et tunc inpleuitur in eis
profeti(a) esaiae dicentis uade et dic populo huic auditu audietis
et non intellegitis. et uidentes uidebitis et non uidebitis. 15 incras-
satū est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et
occulos suos cluserunt ne quando uideant oculis. et auribus audi-
ant et corde intellegant et conuertantur et sanē illos. 16 Uestri
autem beati oculi qui[a] uident et aures quae audient 17 amen
dico uobis. quod multi prophetae et iusti cupierunt uidere que ui-
detis. et non uiderunt et audire quae auditis et non audierunt. 18
Uos ergo audite parabolam seminantis. 19 omnis qui audit uerbum

regni et non intellegit. uenit malus et rapit quod seminatum est
in corde illius. hic est qui secus uiam seminatus est. 20 qui
autem supra petrosa seminatus est. hic est qui uerbum audit et
continuo cum gaudio accipit illud. 21 sed non habet in se radicem.
sed est temporalis. facta autem tribulatione propter uerbum con-
tinuo scandalizatur. 22 qui autem in spinis seminatur hic est qui
uerbum audit. et sollicitudo saeculi et uoluptas [fallacia] diuitiarum
suffocat uerbum. et sine fructu efficitur. 23 qui uero in terram
bonā seminatus est hic est qui audit uerbū et intellegit. tunc et
fructum adfert et facit aliut quidē centesimū aliut sexagēsimum
aliud tricensimum. 24 Aliam parabolam proposuit illis dicens. si-
mile est regnum caelorum homini qui seminauit uonum semen in
agro suo. 25 cum autem romirent [dor-] homines. uenit inimicus
et superseminauit zezania in triticum et abiit. 26 sed cū creuisset
herba et fructum fecisset tunc apparuerunt zezaniae. 27 Accesse-
runt autem serui patrisfamilias et dixerunt ei. dn̄e nonne bonum
semen seminasti in agro tuo unde ergo habet zezania. 28 et ait
illis inimicus homo hoc fecit. dicunt ei serui. uis imus et colligi-
mus ea. 29 et ait nonne forte colligentes zezania eradicetis simul
et triticum. 30 sed sinite utroque crescere usque ad messem et in
tempore messis dicam messoribus. colligite primum zezania et
alligate eos fasciculos ad comburendum. triticum autem congregate
in horreum meū. 31 Aliam parabolam locutus est eis dicens. si-
mile est regnum caelorum grano sinapis quod accipiens homo se-
minauit agrum[-o] suū[-o] 32 quod minimum quidem est omnibus
seminibus. cum autem creberit maius fit omnibus holeribus et fit
arbor ita ut uolucres celi ueniant et abirent in ramis eius.

XL. 33 Aliam parabolam locutus est eis. simile est regnum
caelorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinam[-ae]
mensuris tribus donec fermentatum est totū. 34 haec omnia locu-
tus est ihs̄ in parabolis ad turbas. et sine parabolis non loquebatur
eis 35 ut impleretur quod dictum est per profetam dicentem aperiam
in parabolis os meum eructuabo absconsa ante constitutionem mundi.
36 Tunc dimisit turbā uenit in domum et accesserunt ad eū di-
scipuli eius dicentes enarra nobis parabolam tritici et zizaniorum
agri. 37 Ad ihs̄ respondens ait. qui seminauit bonū semen filius
hominis est. 38 ager autem hic mundus bonum uero semen hi sunt
fili regni. zizania autem filii sunt nequitiae. 39 inimicus autem qui
seminauit ea diabolus est. messis uero consūmatio saeculi est. mes-
sores autem angeli sunt. 40 Sicut ergo colliguntur zizania et igni
conburuntur. sic erit in consummatione saeculi. 41 Mittet filius
hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala.

et eos qui faciunt iniquitatem 42 et mittent eos in caminum ignis.
ibi erit fletus et stridor dentium. 43 Tunc fulgebunt iusti sicut
sol in regno patris eorum. qui habet aures audiendi audiat. 44 Si-
mile est regnum caelorum thensauro absconso in agro. quem cum
inuenit homo abscondit. et prae gaudio illius uadit et uen[d]it
uniuersa quae habet et emet agrum illum. 45 Iterum simile est
regnum caelorū homini negotianti quaerenti bonā margaritam. 46
inuēta autem [una] praetiosa margarita. abiit et uendidit quae
cum habuit et emit eam. 47 Iterum simile est regnum caelorum
reti misso in mare quod ex omni genere piscium collegit 48 cum
autem esset impletum eduxerunt id ad litus sedentes elegerunt op-
timos in uasis suis malos autem proiceruut foras. 49 Sic erit in
consummatione saeculi exibunt angeli et separabunt malos de medio
iustorum 50 et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stri-
dor dentium. 51 Intellexistis haec omnia. dicunt ei utique.

XLI. 52 Et ait illis ideo omnis scriba doctus in regno caelo-
rum similis est homini patrifamilias qui profert de thensauro suo
noua et uetera. 53 Et factum est cum consummasset ihs̄ 'parabo-
las istas transiit inde 54 et ueniens in patriam suam docebat eos in
synagogis eorum ita ut mirarentur et dicerent. unde huic sapientia
[haec] et uirtutes. 55 nonne hic est filius ioseph fabri. nonne mater
eius dicitur maria et fratres eius iacobus et ioseph et iudas et
simon. 56 et sorores eius nonne omnes aput nos sunt. unde ergo huic
omnia ista. 57 et scandalizabantur in eo. Ihs̄ autem dixit eis non est
propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. 58 Et ideo
non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem illorum (c 14).
1 In illo temporo audiuit herodes tetrarcha famam ihū 2 et ait pueris
suis hic est iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et ideo uirtu-
tes operantur in eo. 3 Herodes enim tenuit iohannem et alligauit
eum et misit in carcerem propter herodiadem uxorē fratris sui
filippi. 4 dicebat enim illi iohannes non licet tibi habere eam 5 et
uolens illum occidere timuit populum quia sicut prophetā habebant
eum. 6 Die autem natalis herodis saltauit filia herodiadis in medio
triclinio et placuit herodi 7 unde cum iuramento pollicitus est ei
dare quodcumque postulasset ab eo. 8 ad illa præmonita a matre
sua dixit da mihi in disco caput iohannis baptistæ. 9 Et contrista-
tus est rex herodes. propter iuramentum autem et propter simul
recumbentes iussit dari 10 misitque et decollauit eum 11 et adlatum
est caput eius in disco et datum est puellae puella autem attulit
matri suae. 12 Et accesserunt discipuli eius. et tulerunt corpus et se-
pelierunt illud et uenerunt renuntiauerunt ihū. 13 Quod audito
ihs̄. secessit inde in nauicula et in locum desertum seorsum. Et

cum audissent turbae secutae sunt eū pedestrae de ciuitatibus [14] et ut uidit turbā multā [exiens] misertus est illis et curauit infirmos eorum.

XLII. [15] Uespere autem facto adcesserunt ad eum discipuli eius dicentes. desertus locus est et hora iā praeteriit dimitte turbas ut euntes in castella ement sibi escas. [16] Ihš autem dixit non habent necesse ire date illis uos manducare. [17] Responderunt ei non habemus [hic] nisi quinq' panes et duos pisces. [18] Et ait ihš adferte eos ad me. [19] Et cum iussisset turbam discumbere supra fenum adceptis quinque panibus et duobus piscibus aspiciens in caelum et benedixit et fregit et dedit discipulis suis panes. discipuli autem turbis [20] et manducauerunt omnes et saturati sunt et reliquias colligerunt fragmentorum duodecim cofinos plenos [21] manducantium autem fuit numerus quinque millia uirorum exceptis pueris et mulieribus. [22] Et statim ihš iussit discipulos suos ascendere in nauiculam et praecedere eum trans f(r)etum donec dimitteret turbas.

XLIII. [23] Et dimissit turbā et ascendit in montem solus orare. Uespere autem facto solus erat ibi [24] nauicula autem iam in medio mari iactabatur fluctibus erat enim illis contrarius uentus. [25] Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ihš ambulans supra mare. [26] Uidentes autem illū supra mare ambulantem turbati sunt dicentes. quia phantasma est. et prae timore clamauerunt. [27] et statim ihš locutus est eis dicens. constantes estote nolite timere. ego sum. [28] Respodens autem ei petrus dixit doñe si tu es. iube me ad te uenire super aquam [29] Ad ipse ait ueni. et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam ut ueniret ad ihm̄. [30] Uidens uero uentum ualidum timuit et cum coepisset mergi clamauit dicens doñe saluum me fac. [31] Et continuo ihš extēdens manum adprehendit eum et ait illi. modicae fidei quare dubitasti [32] et cum ascendisset in nauiculam cessauit uentus [33] qui autem in nauicula erant uenerunt et adorauerunt eum dicentes. uere filius dī est.

XLIIII. [34] Et cum transfretasse[n]t. uenerunt in terram genesar [35] et cum cognouissent eum uiri loci illius adorabant eum et miserunt in uniuersam regionem illam et optulerunt ei omnes male habentes [36] et rogabant eum ut uel finbriam uestimenti eius tangere[n]t. et quicumque tetigerunt. salui facti sunt.

XLV. (c. 15) [1] Tunc adcesserunt ad eum scribae et pharisaei ab hierosolymis dicentes [2] quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum non enim lauant manus suas cum panem manducant. [3] Ihš autem respondit dixit illis quare et uos transgredimini

ma(n)datum dī propter traditionem uestram. nam dixit ds̄ 4 honora
patrem tuum et matrem tuam et qui maledixerit patri uel matri
morte moriatur. 5 Uos autem dicitis quicumque dixerit patri uel
matri. munus quodcumque est ex me tibi proderit 6 non honorifi-
cabit patrem suum aut matrem. et inritum fecistis in uerbum dī
propter traditionem uestram. 7 hypocritae bene prophetauit de uobis
esaias dicens 8 plebs haec me labiis honorat cor autem illorum
longe est a me 9 sine causa autem colunt me docentes doctrinas et
mandata hominum. 10 Et conuocatis ad se turbis dixit eis audite
et intellegite 11 non quod intrauit in os coinquinat hominē sed quod
procedet de ore hoc coinquinat hominem. 12 Tunc adcedentes dis-
cipuli eius dixerunt ei. scis quod pharisaei audito hoc uerbo scan-
dalizati sunt. 13 Ad ihs̄ respondens ait omnis plantatio quā non
plantauit pater meus caelestis eradicabitur. 14 Sinite illos caeci
sunt et duces caecorum caecus autem si caeco ducatum dederit
ambo in foueā cadent. 15 Respondens autem petrus dixit ei narra
nobis parabolam istam. 16 Ad ille dixit adhuc et uos sine intel-
lectu estis 17 non intelligitis quia omne quod intrat in os in uentrem
uadit et in secessum emittitur 18 quae autem procedunt de ore de
corde exeunt et eam (!) coinquinant hominem 19 de corde enī exeunt
cogitationes malae homicidia adulteria fornicationes furta falsa te-
stimonia blasphemiae 20 haec sunt quae coinquinant hominem [non
lotis autem manibus manducare non coinquinat hominē] 21 et egres-
sus inde ihs̄ secessit in partes tyri et sidonis.

XLVI. 22 Et ecce mulier chananea egressa a finibus illis cla-
mauit dicens ei miserere mei dñe fili dauid. filia mea male a de-
monio uexatur 23 ad ihs̄ non respondit ei uerbum. Et adcedentes
discipuli eius rogabant eum dicentes dimitte eā quia clamat post
nos. 24 Ipse autem respondens ait non sum missus nisi ad oues
quae perierunt domus istrahel. 25 Ad illa uenit et adorauit eum
dicens adiuua me dñe. 26 Ipse autem respondens ait non licet ac-
cipere panem filiorum et mittere canibus. 27 Ad illa dixit utique
dñe nam et canes edunt de micis quae cadunt de mensa domi-
norū suorum. 28 Tunc responde[ns] ihs̄ ait o mulier. magna est
fides tua fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.
29 Et cum transisset inde uenit iterum secus mare galilaeae. Et
ascendens in montē sedebat ibi 30 et adcesserunt ad eum turbae
[multae] habentes secum clodos caecos debiles mutos et alios mul-
tos et proiecerunt eos ad pedes eius et curauit eos omnes 31 ita ut
turbae mirarentur uidentes mutos loquentes clodos ambulantes cae-
cos uidentes et magnificabant dm̄ istrahel.

XLVII. 32 Ihs̄ autem conuocatis discipulis suis dixit misereor

turbae quia triduum est iam perseuerant mecum et non habent
quod manducent. et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in uia.
[33] Dicunt autem ei discipuli unde ergo in deserto panes tantos ut
saturentur turba [34] Et ait illis ihs̄. quod panes (h)abetis. ad illi
dixerunt septem et paucos pisciculos. [35] Et praecepit turbae dis-
cunbere in terrā [36] et adcepit ihs̄ panes et pisces et gratias egit et
fregit et dedit discipulis suis et discipuli dederunt populo [37] et co-
mederunt omnes et saturati sunt. et quod abundauerat de panibus
tulerunt septem sportas plenas. [38] Erant autem qui manducauerat
quatuor millia hominum extra pueros et mulieres. [39] Et dimissa
turba ascendit in nauiculā et uenit in finibus magedam
(c. 16) [1] Et adcesserunt ad eum pharisaei et sadducaei temp-
tantes et rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderent illis. [2]
Ihs̄ autem respondit illis ait. cum sero factum fuerit dicitis serenū
erit. rubicundum est enim cum nubibus caelum [3] et mane dicitis
tēpestas erit rubicundum est enim cum tristia caelum. hypocritae
[4] faciem caeli quidem nostis aestimare signa autem temporum non
potestis cognoscere. generatio mala- [et adultera] signū quaerit et
signum non dabitur ei nisi signū ionae prophetae. Et relictis
illis abiit [5] et cum uenissent discipuli eius trans fretum obliti sunt
discipuli eius panes adcipere. [6] Ihs̄ autem dixit illis adtendite uo-
bis a fermento pharisaeorum et sadducaeorum. [7] Tunc cogitabant
inter se dicentes quia panes non adcepimus. [8] Quibus cogitantibus.
dixit ihs̄ quid cogitatis inter uos modicae fidei quia panes non ha-
betis. [9] nondum intellexistis neque meministis quinque panum in
quinque millia hominum et quod cofinos sumpsistis. [10] neque septē
panum et quatuor millia hominum et quod sportas sumpsistis. [11]
Quare non intellegitis quia non de pane dixi attendite a fermento
pharisaeorum et sadducaeorum. [12] Tunc intellexerunt quia non dixit
a fermento [panum] sed a doctrina pharisaeorum et sadducaeorum.
XLVIII. [13] Uenit autem ihs̄ in partes caesareae philippi.
interrogabat discipulos suos dicens quem me dicunt homines esse
filium hominis. [14] Ad illi dixerunt [alii] iohannem baptistam alii
autem heliam alii uero hieremiam aut unum ex prophetis. [15] Dicit
illis ihs̄. uos autem quem me esse dicitis. [16] Respondens simon pe-
trus dixit. tu es xhs̄ filius dī uiui. [17] Respondens autem ihs̄ dixit
ei. beatus es simon bar iona quia caro et sanguis non reuelauit
tibi sed pater meus qui est in caelis. [18] Et ego dico tibi. tu es
petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portæ
inferni non præualebunt aduersus eius (!) [19] Et tibi dabo claues regni
caelorum et quæcumque ligaueris super terram erunt ligata et in
caelis. et quæcumque solueris super terram erunt solutæ et in cae-

lis. [20] Tunc inperauit discipulis suis ut nemini dicere[n]t quod
ipse esset xps̄.

XLIX. [21] Exinde coepit ihs̄ ostendere discipulis suis quia
oportet eum ire in hierosolimā et multa pati a senioribus et scri-
bis et principibus sacerdotum et occidi. et post tertium diem re-
surgere. [22] Et adsumens [eum] petrus cepit increpare et dicere. ab-
sit a te propitius tibi dnē non erit istud. [23] Ad ipse conuersus
dixit petro. uade retro post me satanas scandalum es mihi [quia non
sapis ea quae dī sunt sed ea quae hominum]. [24] Tunc ihs̄ dixit
discipulis suis. si quis post me uult uenire abneget sibi et tollat
crucem meā et sequatur me. [25] Qui enim uoluerit animam suam
saluam facere perdet eam. qui autem perdiderit animam suam prop-
ter me inueniet eam. [26] Quid enim prodest homini si totum mundū
lucretur animae [uero] suae detrimentum patiatur [aut] quam dabit
homo commutationem animæ suæ. [27] Nam filius hominis uenturus
est in maiestate patris sui cum angelis suis et tunc reddet uni-
cuique secundum opera eius. [28] Amen dico uobis quoniam sunt
aliqui de istis adstantibus qui non gustabunt mortem donec ui-
deant filium hominis uenientem in regno suo.

L. (c. 17) [1] Et factum est post dies sex adsumpsit ihs̄ petrum
et iacobum et iohannem fratrem eius et ducit illos in montem ex-
celsum seorsum [2] et transfiguratus ihs̄ est ante eos et resplenduit fa-
cies eius sicut sol uestimenta autem eius facta sunt candida sicut
nix [3] et ecce adparuit illis moyses et helias conloquentes cum eo.
[4] Respondens autem petrus dixit ad ihm̄. dnē bonum est nos hic
esse. si uis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et moysi unum
et heliae unum. [5] Adhuc eo loquente ecce nubes lucida inum-
brauit eos et ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus dilec-
tus in quo mihi bene conplacui ipsum audite. [6] Et audientes dis-
cipuli caeciderunt in faciem suam et timuerunt ualde. [7] Et adces-
sit ihs̄ et tetigit eos et dixit eis. surgite et nolite timere. [8] Leuan-
tes autem oculos suos neminem uiderunt nisi solum ihm̄. [9] et de-
scendentibus illis de monte praecepit ihs̄ dicens. nemini dixeritis
uisus donce filius hominis a mortuis resurgat. [10] Et interrogaue-
runt eum discipuli eius dicentes. quid ergo scribae dicunt quod
heliam oporteat primum uenire. [11] Ad ipse responde[n]s ait. helias qui-
dem uenturus est et restituere omnia. [12] dico autem uobis quod
helias iā uenit et non cognouerunt eum sed fecerunt ei quanto
uoluerunt. [13] Tunc intellexerunt discipuli quod de iohanne baptista
dixit illis. sic et filius hominis necesse habet pati ab eis. [14] Et cum
uenisset ad turbam accessit ad eum homo genibus prouolutis ante
eum dicens. dnē miserere filio meo quia lunaticus est et male

patitur nam sepe cadit in ignem et aliquotiens in aquam [15] et op-
tuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum. [16] Respon-
dens autem ihs̄ ait. o generatio incredula et peruersa quousque pa-
tiar uos. quousque ero uobiscum adferte hoc illum ad me. [17] Et
increpauit [illum] ihs̄ et exibit ab eo demonium et curatus est
puer ex illa hora. [18] Tunc adcesserunt discipuli ad ihm̄ secreto
et dixerunt quare nos non potuimus eicere illud. [19] dicit illis prop-
ter incredulitatem uestram. Amen dico uobis si habueritis fidem
sicut granum senapis diceritis huic monti. transi hinc illuc et tran-
sibit et nihil inpossibile erit uobis. [20] hoc autem genus non eiicitur.
nisi per orationem et ieiunium. [21] Ipsis autem conuersantibus eis
in galilaeā. dixit illis ihs̄ futurum est ut filius hominis tradatur in
manus hominum [22] et occident eum et tertio die resurget. Et con-
tristati sunt uehementer.

LI. [23] Et cum uenissent capharnaum adcesserunt qui didragma
exigebant ad petrū et dixerunt. magister uester non soluit didragma.
[24] Ait utique. intrauit in domum preuenit eum ihs̄ dicens. quid
tibi uidetur simon. reges terrae a quibus adcipiunt tributum uel
censum. a filiis suis aut ab alienis. [25] et ille dixit. ab alienis. Dixit
illi ihs̄ ergo liberi sunt filii. [26] ut autem non scandalizemus eos
uade ad mare et mitte amum et eum piscem qui primus ascēde-
rit sume et aperto ore eius inuenies statorem illum tollens da eis
pro me et te.

LII. (c. 18) [1] In illa hora adcesserunt discipuli ad ihm̄ di-
centes quis putas maior est in regno caelorū. [2] Et ihs̄ uocauit
puerum et statuit eum in medio eorum [3] et dixit. amen dico uobis
nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut pueri non intrabitis in
regno caelorum. [4] Quicumque ergo humiliauerit se sicut puer
iste hic maior est in regno caelorum. [5] Et qui adceperit unū
puerum talem in nomine meo me adcipit. [6] Qui autem scandali-
zauerit unum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei ut
suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profun-
dum maris. [7] Uae autem huic mundo a scandalis. necesse est enim
uenire scandala. uerumtamen uae homini illi per quem scandalum
uenit. [8] si quod manus tua uel pes tuus scandalizat te abscide eum
et proice abs te. bonum est enim tibi in uitā uenire debilem uel
clodum quā duos pedes uel duas manus habentem mitti in ignem
aeternum. [9] Et si oculus tuus scandalizat te erue eum et proice
abs te. bonum tibi est unum oculum habentem in uitā intrare quam
duos oculos habentē mitti in geennam ignis. [10] Uidete ne con-
tempnatis unum ex his pusillis qui credunt in me. Dico enim
uobis quod angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei

qui in caelis est. 11 Uenit enim filius hominis saluare quod perie-
rat. 12 Quid uobis uidetur. si fuerint alicui homini centum oues et
errauerit una ex his nonne relinquet nonaginta et nouē in monti-
bus et uadit quaerere eam quae errauit. 13 et si contigerit ut inue-
niat eam. Amen dico uobis quod gaudebit in eam magis quam in
nonaginta et nouē que non errauerunt. 14 Sic non est uoluntas ante
patrem uestrum qui in caelis est ut pereat unus ex pusillis istis.

LIII. 15 Quod si peccauerit in te frater tuus. uade corripe
eum inter te et ipsum solum. si te audierit lucratus eris fratrem
tuum. 16 si autem non te audierit adhibe tecum unum uel duos ut
in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum 17 quod si non
audierit [dic ecclesiae si autem ecclesiam non audierit sit] tibi
sicut ethnicus et publicanus. 18 Amen dico uobis quaecumque alli-
gaueritis super terram erunt ligata et in celo et quecumque solueritis
super terrā erunt soluta et in caelo. 19 Iterum dico uobis si duo-
bus conuenerit ex uobis supra terram de omni re quacumque pe-
tierint fiet illis a patre meo qui in caelis est 20 ubi enim duo sunt
uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. 21
Tunc adcede[n]s ad eum petrus dixit ei. dom̄e si peccauerit in
me frater meus quotiens remittam ei usque septies. 22 Dicit ei
ihs̄ non dico tibi usq' septies sed usq' septuagies septies.

LIV. 23 Ideo simile est habitus regnū caelorum homini regi
qui uoluit rationem ponere cū seruis suis. 24 et cum cepisset ratio-
nem ponere cum seruis suis oblatus est enim unus qui debebat
decē millia talenta. 25 cum autem non haberet unde redderet iussit
eum dom̄s eius uenundari et uxorem eius et filios et omnia
quae habebat et reddi debitum. 26 Procidens autem seruus ille
orabat eum dicens. dm̄e patientia habe [in] me et omnia reddam
[tibi]. 27 misertus autem dms̄ serui illius et remisit ei et debitum
remisit ei. 28 Egressus autem seruus ille inuenit unum ex conser-
uis qui debebat ei centum denarios. et tenens suffocabat eum di-
cens redde quod debis. 29 et procidens conseruus eius rogabat eum
dicens. patientia habe in me et [omnia] redam tibi. 30 ille autem
noluit sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet debitum.
31 Uidentes autem conserui eius quae fiebant contristati sunt et
uenerunt et narrauerunt domino suo omnia quae facta erant. 32
Tunc uocauit illum dm̄s eius et ait illi. serue nequā omne debi-
tum remisi tibi quae rogasti me 33 non ergo oportuit te quoque mi-
sereri conseruo tuo sicut et ego tui misertus sum. 34 Et iratus do-
minus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet uniuersum
debitum. 35 sic et uobis faciet pater meus qui in cælis est si non
remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

LV. (c. 19) 1 Et factum est cum locutus esset ihs̄ sermones
istos transtulit se a galilaeam et uenit in finibus iudea trans ior-
danen. 2 et secutae sunt eum turbae multae et curabit illos ibi. 3
Et adcesserunt ad eum pharisaei temptantes eum et dicentes. si
licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa. 4 Et
accesserunt ad eum et respondens ihs̄ dixit. non legistis quia qui fe-
cit [ab initio] masculum et feminam fecit eos et dixit. 5 propter hoc re-
linquet homo patrem aut matrem et adhaerebit uxori suae et [e]runt
duo in carne una. 6 Itaque iam non sunt duo sed una caro quod ergo
ds̄ coniunxit in uni homo non separet. 7 Dicunt illi quid ergo
moyses mandauit dari libellum repudii et dimittere uxorem. 8 Ait
illis quoniam ad duritiam cordis uestri permisit uobis moyses di-
mittere uxores uestras. ab initio autem non fuit sic. 9 Dico autem
uobis quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam fornica-
tionis et aliam duxerit fornicatur [et qui dimissam duxerit moecha-
tur]. 10 Dicunt ei discipuli eius. si ita est causa hominis cum uxore
non expedit nubere. 11 Dixit autem illis. non omnes capiunt uer-
bum istut sed quibus datum est. 12 sunt enim spadones qui de ma-
tris utero sic nati sunt. et sunt spadones qui castrati sun̄ ab hominibus
et sunt spadones qui seipsos castrauerunt propter regnum caelorum.
qui potest capere capiat. ·

LVI. 13 Tunc oblati sunt ei pueri ut manum eis inponeret
et oraret. discipuli autem prohibebant eos. 14 ihs̄ uero ait. sinite in-
fantes et nolite eos prohibere uenire ad me talium est regnum
caelorum. 15 Et inpositis illis manibus abiit inde. 16 Et ecce unus
adcessit ad eum et ait illi magister bone quid [boni] faciam ut ha-
beam uitam aeternam. 17 Ad ihs̄ dixit ei quid me interrogas de
bono. unus est bonus ds̄ sed si uis in uitam uenire serua mandata.
18 Dicit illi. quae. ihs̄ autem dixit. non occides non moechaberis
non furtum facies non falsum testimonium dices. 19 honora patrem
tuum et matrem tuam et diligis proximū tuum sicut teipsū. 20
Dicens illi adulescens omnia haec custodiui a iuuentute mea quid
athuc mihi deest. 21 Ait illi ihs̄. si uis perfectus esse uade uende
bona tua et da pauperibus et habebis thensaurum in caelo et ueni
sequere me. 22 Cum audisset autem adulescens uerbum abiit tristis
erat enim habens multas possessiones. 23 Ihs̄ autem dixit discipulis
suis. amen dico uobis quia difficile diues intrabit in regno caelo-
rum. 24 Iterum dico uobis facilius est camellum per foramen
acus transire quam diuite intrare in regno caelorum. 25 auditis au-
tem discipuli his uerbis mirabantur et timebant ualdae dicentes.
quis ergo potest saluus fieri. 26 Aspiciens autem ihs̄ dixit illis.
aput homines hoc impossibile est. aput dm̄ autem omnia possibilia

sunt. 27 Tunc respondens petrus dixit ei. ecce nos reliquimus om-
nia et secuti sumus te. quid ergo erit nobis. 28 Ihs̄ autem dixit
illis. amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regenera-
tionē cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis
et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus istrahel.
29 Et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut patrem
aut matrem [aut uxorem] aut filios aut agrum propter nomen
meum centuplum adcipiet et uitam aeternam possidebit. 30 Multi
autem sunt primi nouissimi et nouissimi primi.

LVII. (c. 20) 1 Simile est enim regnum caelorum homini pa-
trifamilias qui exiuit primo mane conducere operarios in uineam
suam. 2 Conuentione autem facta cum operariis ex dinario diurno
misit eos in uineam suam. 3 Egressus autem circa horā tertiam
inuenit alios stantes in foro otiosos 4 et dixit illis. ite et uos in ui-
neam meam et quod iustum fuerit dabo uobis 5 illi autem abie-
runt. Iterum exiit circa sextā et nonā horam et fecit similiter. 6
Circa autem undecimā uero exiit et inuenit alios stantes et dicit
illis. quid hic statis tota die otiosi. 7 dicunt ei quia nemo nos con-
duxit. dicet illis. ite et uos in uineam meam. 8 cum sero autem
factū esset dicit dom̄s uineae procuratori suo. uoca operarios et
redde illis mercedem incipiens a nouissimos(!) usque ad primos. 9
Cum uenisse[n]t ergo qui circa undecimam horam uenerant adce-
perunt singulos dinarios. 10 uenientes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent adcepturi. Adceperunt autem et ipsi singulos
dinarios. 11 et adcipientes murmurauerunt aduersum patremfamiliā
12 dicentes. hi nouissimi una hora fecerunt et pares illos nobis fe-
cistis qui portauimus pondus diei et estus. 13 Ad ille respondens
uni eorum dixit. amice non facio tibi iniuriam nonne ex dinario
conuenisti mecum. 14 tolle quod tuum est et uade. uolo autem et
huic nouissimo dare sicut et tibi. 15 Aut non licet mihi facere
quod uolo an oculus tuus nequa est quia ego bonus sum. 16 Sic
erunt nouissimi primi. primi nouissimi. Multi enim sunt uocati
pauci uero electi.

LVIII. 17 Et ascendens ihs̄ in hierosolymis adsumpsit duo-
decim discipulos. Et ait illis. 18 ecce ascendimus in hierosolymā et
filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et con-
demnabunt me morte 19 et tradent eum gentibus ad delendum et
flagellandum et crucifigendum et tertia die resurget. 20 Tunc ad-
cessit ad eum mater filiorum zebedaei cum filiis adorans et petens
aliquid ab eo. 21 Ipse autem dixit ei. quid uis. ait et illi. dic ut
sedeant hii duo fili mei unus ad dextrā tuam et unus ad sinistram
in regno tuo. 22 Respondens autem illis ihs̄. nescitis quid petatis.

potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. dicunt ei. possu-
mus. 23 Ait illis ihs̄. calicem quidem meum bibetis sedere autem
ad dextram meam uel ad sinistram non est meum dare uobis sed
quibus paratum est a patre meo. 24 Et audientes decem contristati
sunt de duobus fratribus. 25 Ihs̄ autem uocauit eos ad se et ait.
Scitis quod principes gentium dominantur eorum. Et qui maiores
sunt potestatem habent in eis. 26 inter uos autem non erit sic sed qui-
qumque uoluerit inter uos maior fieri erit uester minister. 27 Et qui
uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus. 28 sicut filius ho-
minis [non uenit minis]trari sed ministrare et dare animam suam
redemptionem pro̊ multis. uos autem quaeritis de pusillo crescere et
de maiore minores esse. Intrantes autem et rogati ad cenam no-
lite recumbere eminētioribus locis ne forte clarior te superueniat
et adcedens qui te ad cenam uocauit dicat tibi adhuc deorsum
adsede et confundaris. Si autem in loco inferiore recubueris et
superuenerit humilior te dicit tibi qui te uocabit ad cenam adcede
adhuc superior et erit hoc tibi utilius.

LIX. 29 Et egredientibus illis ab iericho secuta est eum turba
multa. 30 Et ecce duo caeci sedentes secus uiam audierunt quod
ihs̄ transit exclamauerunt dicentes miserere nobis fili dauid. 31
Turba autem increpabant eos ut tacerunt. ad illi magis clamabant
dicentes. miserere nobis dm̄e fili dauid. 32 Et stetit ihs̄ et uocauit
eos et ait illis. quid uultis ut faciam uobis. 33 Dicunt illi dm̄e ut
aperiantur oculi nostri. 34 misertus autem illis ihs̄ tetigit oculos eo-
rum et confestim uiderunt et secuti sunt eum.

LX. (c. 21) 1 Et cum adpropinquasse[n]t hierosolymis et ue-
nisse[n]t in bethphage in montem oliueti tunc ihs̄ misit duos dis-
cipulos 2 dicens ite in castellum quod contra uos est et confestim
inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. soluite et adducite
mihi. 3 et si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dm̄s operam eo-
rum disiderat. et confestim dimittet eos. 4 Hoc autem totum fac-
tum est ut inpleretur quod dictum est per profetam dicentem. 5
dicite filiae sion. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super
asinam et pullum nouellum subiugalem. 6 Euntes autem discipuli
fecerunt sicut precepit illis ihs̄ 7 et adduxerunt asinam et pullum
et imposuerunt super eum uestimēta et sedebat super eū ihs̄. 8
Plurima autem turba substrauerunt uestimenta sua in uia. alii au-
tem cedebant ramos de arboribus et strauerunt in uia. 9 turbae au-
tem quae precedebant et quae sequebantur clamabant dicentes
osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine dm̄i. osanna in
altissimis. 10 Et cum intrasset hierosolimis conmota est uniuersa ci-
uitas dicens. quis est hic. 11 Multi autem dixerunt. hic est ihs̄

propheta a nazareth galilaea. [12] Et intrauit ihs̄ in templum dī et
eiciebat omnes uendentes et ementes in templo. et mensas numu-
lariorum et colūbas uendentium catedras euertit [13] et dixit illis.
scriptum est. domus mea domus orationis uocabitur uos autem fe-
cistis illam spelunca latronum. [14] Et adcesserunt ad eū caeci et
clodi in templo et sanauit eos. [15] Uidentes autem principes sacer-
dotum et scribae mirabilia quae fecit ihs̄ et pueros clamantes in
templo et dicentes osanna filio dauid indignati sunt. [16] et dixerunt
ei. audis quid isti dicunt. ihs̄ autem dixit eis utique non legistis
ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem. [17] Et relictis
illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam ibique mansit.

LXI. [18] Mane autem transiens in ciuitatem esuriit [19] et uidens
arborem unam ficus secus uiam uenit ad eam et nihil inuenit in eam
nisi folia tantum. et ait illi nunquam ex te fructus nascatur in
senpiternum. et arefacta est continuo ficulnea. [20] Et uidentes dis-
cipuli mirati sunt dicentes quomodo continuo aruit. [21] Respondens
autem ihs̄ ait eis amen dico uobis si habueritis fidem et non he-
sitaueritis non solum de ficulnea facietis sed et si monti huic dixe-
ritis tolle et iacta te in mare fiet. [22] Et omnia quæcumque petie-
ritis in oratione credentes adcipietis. [23] Et cum uenisset in tēplum
accesserunt ad eum docentem prīcipes sacerdotum et seniores po-
puli dicentes. in qua potestate haec facis. et quis tibi dedit hanc
potestatē. [24] responde[n]s ihs̄ dixit illis. interrogabo uos et ego unum
uerbum. quod si dixeritis mihi et ego uobis dicam in qua pote-
state haec facio. [25] Baptismum iohannis unde erat de caelo an ex
hominibus. Ad illi cogitabant intra se dicentes. [26] si dixerimus de
caelo dicet nobis quare ergo · non ' credidistis illi. si uero dixeri-
mus ·ex hominibus timemus turbam omnes enim habent iohannem
sicut profetam. [27] Et responderunt ad ihm̄ dixerunt nescimus. Ait
illis et ihs̄. nec ego dico in qua potestate haec facio. [28] Quid
autem uobis uidetur. homo quidam habebat duos filios et accedens
ad primum ait. fili uade hodie operare in uinea [29] ille autē respon-
dens nolo. postea uero poenitentia motus abiit in uineam. [30] Ac-
cessit autem ad alterum dixit similiter. Ad ille responde[n]s ait
eo dom̄e et non habiit. [31] quis ex duobus fecit uoluntatem patris.
dicunt ei nouissimus. dicit illis ihs̄. amen dico uobis quod meretri-
ces et publicani precedent uos in regno dī. [32] Uenit enim ad uos
iohannes in uia iustitiae et non credidistis ei. Publicani autem et
meretrices credederunt ei. Uos autem uidentes nec penitentiam
habuistis post quod non credidistis.

LXII. [33] Aliam parabolam audite. homo erat paterfamilias
qui plantauit uineam et sepē cricumdedit ei et fodit in ea torcular

et edificauit turrem et locauit eam colonis et peregre profectus est.
34 Cum autem tempus fructuum adpropinquasset misit seruos ad
colonos ut adciperent de fructibus eius. 35 coloni autem apprehensis
seruis unum ceciderunt alium uero lapidauerunt alium occi-
derunt. 36 Iterum misit alios seruos plures prioribus et fecerunt
illis similiter. 37 nouissime autem misit ad eos filium suum unicum
dicens. forsitan uerebuntur filium meum. 38 coloni autem uidentes
filium eius dixerunt intra se. hic est*heres uenite occidamus eum
et habebimus hereditatem eius. 39 Et adprehensum eum [eiecerunt
eum extra uineā] occiderunt 40 et cum ergo uenerit dm̄s uineae quid
faciet colonis illis. 41 Dicunt illi male perdet eos et uineam suam lo-
cabit illis colonis qui reddant ei fructum temporibus suis. 42 Dicit illis
ihs̄ numquam legistis in scripturis lapidem quem reprobaberunt ae-
dificantes hic factus est in caput anguli. a dn̄o factus hic est mira-
bilis oculis nostris. 43 Ideo dico uobis quia auferetur a uobis reg-
num dī et dabitur genti facienti fructus eius 44 [et qui ceciderit super
lapidem istum confringetur super quem uero ceciderit conteret eum]
45 et cum audisse[n]t principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius
cognouerunt quod de ipsis dicit 46 et querentes eum tenere timue-
runt populos quoniam sicut prophetam habebant eum. (c. 22) 1 et
respondens iterum ihs̄ dixit eis dicens illis in parabolis 2 simile
erit regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo 3 et
misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. et noluerunt uenire.
4 Iterum misit alios seruos dicens dicite inuitatis ecce prandium
meum paraui tauri et saginata mea occisa sunt et omnia parata
uenite ad nuptias. 5 illi autem neglexerunt et abierunt ali in uil-
lam suam ali uero ad negotiationem suam 6 reliqui uero tenuerunt
seruos eius et contumelias affectos occiderunt. 7 Ille autem rex
cum audisset iratus est et misit exercitum suum et perdidit homi-
cidas illos et ciuitatem eorum sudcendit. 8 Tunc ait seruis suis
nuptiae quidem paratae sunt sed qui erant inuitati non fuerunt
digni 9 ite ergo ad exitus uiarum et quoscumque inueneritis uocate
ad nuptias 10 et egressi sunt serui eius congregauerunt omnes quod
inuenerunt malos et bonos et impletae sunt nuptiae discumben-
tium. 11 Intrauit autem rex ut uideret discunbentes et uidit ibi
hominem non uestem nuptialem 12 et ait illi amice. quomodo hoc
uenisti non habens uestē nuptialem. ad ille obmutuit 13 tunc rex
dixit ministris tollite illum manibus et pedibus et mittite eum in
tenebras exterioris. ibi erit fletus et stridor dentium 14 multi enim
sunt uocati pauci uero electi.

LXIII. 15 Tunc abierunt pharisaei consilium fecerunt ut ca-
perent eum in uerbo 16 et mittunt ad eos discipulos suos cum

herodianis dicentes magister scimus quia uerax est et uiā dī in ueritate doces et non est tibi cura de aliquo non enim respicis personam hominum. [17] Quid tibi uidetur. licet censum dare caesari an non. [18] Cognita autem ihs̄ nequitia eorum ait. quid me temptatis. [19] ostendite mihi nomisma census. ad illi optulerunt ei dinarium. [20] ait illis ihs̄ cuius est imago haec et superscriptio. [21] dicunt ei caesaris. Tunc ait illis reddite ergo quae sunt caesaris caesari [et] quae sunt dī dō. [22] illi autem audientes mirati sunt et relicto illo abierunt.

LXIV. [23] In illo die adcesserunt ad eum sadducei qui dicunt non esse resurrectionē et interrogauerunt eum [24] dicentes. magister moyses dixit. si quis mortuus fuerit non habens filios ut ducat frater illius uxorem ipsius et suscitet semen fratri suo. [25] Erant autem aput nos septem fratres et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen et reliquit uxorem suam fratri suo. [26] Similiter secundus et tertius usque ad septimum. [27] Nouissime autem omnium et mulier defuncta est. [28] In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor. omnes [enim] habuerunt illā. [29] Respondens autem ihs̄ ait illis. erratis nescientes scripturas neque uirtutem dī. [30] in resurrectione enim neque nubunt neque uxores ducunt sed sunt sicut angeli in caelo. [31] De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est uobis a dō dicente. [32] ego sum ds̄ abraham et ds̄ isac et ds̄ iacob. non est ds̄ mortuorum sed uiuentium. [33] Et cum audissent turbae mirabantur super doctrina eius. [34] Pharisaei autem audientes quod silentium inposuisset saducaeis conuenerunt ad eum. [35] Et interrogauit eum unus ex eis legis doctor temptās eum et dicens. [36] magister quod est mandatum magnum in lege. [37] Ait illi ihs̄. diligis dom̄ dm̄ tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. [38] hoc est maximum et primum mandatum. [39] Secundum autem simile est huic diligis proximum tuum sicut teipsum. [40] In his duobus mandatis uniuersa lex pendet et prophetae. [41] Congregatis autem pharisaeis interrogauit eos ihs̄ [42] dicens. quid uobis uidetur de xpō cuius filium (!) dicunt [ei] dauid. [43] Ait illis quomodo dauid ergo in spū uocat eum dom̄ dicens [44] dixit dn̄s dnō meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. [45] Si ergo dauid in spū uocat eum dom̄ quomodo filius eius est. [46] Et nemo poterat respondere ei uerbum neque ausus est quisquam ex illi (!) die eum amplius interrogare,

LXV. (c. 23) [1] Tunc ihs̄ locutus est ad turbas et ad discipulos suos [2] dicens. super cathedram moysi sederunt scribae et pharisaei [3] omnia ergo quaecumque dixerint uobis seruate et facite. secūdum facta uero eorū ne feceritis. dicunt enim et ipsi non faciunt.

[4] adligant autem honera grauia [et importabilia] et inponunt supra humeros hominum digito autem suo nolunt ea mouere. [5] Omnia ergo opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. dilatant enim filacteria sua et magnificant fimbrias uestimentorum suorum. [6] Amant autem et primum recubitum in conuiuiis et primas cathedras in sinagogis. [7] Et salutationes in foro et uocari ab hominibus rabbi. [8] Uos autem nolite uocari rabbi. Unus est enim magister uester omnes autem uos fratres estis [9] et patrem nolite uocare uobis super terram. unus est enim pater uester qui in celis est. [10] Nec uocemini magistri quia magister uester unus est xpš [11] qui maior est uestrum erit uester minister. [12] Quicumque autem se exaltauerit humiliabitur et qui se humiliauerit exaltabitur.

LXVI. [13] Uae autem uobis scribae et pharisaei hypocrite quia cluditis regnum caelorum ante homines uos autem non intratis nec introeuntes sinitis intrare. [14] Uae uobis scribae et pharisaei hypocritae quoniam comeditis domos uiduarum occansione (!) longa orantes propter hoc adcipietis amplius iudicium. [15] Uae uobis scribae et pharisaei hypocrite quia circuitis mare et aridam ut unum prosilitum faciatis et cum fuerit factus facitis eum filium gehenne duplo quam uos. [16] Uae uobis duces caeci qui dicitis. quiqumque iurauerit in templum nihil est qui autem iurauerit in auro tēpli debitor est. [17] Stulti et caeci quid enī maius est aurum aut templum quod sanctificat aurum. [18] Et quicumque iurauerit in altare nihil est sed quicumque iurauerit in dono quod est super illud debitor est. [19] caeci quid enī maius est donum aut altare quod sanctificat altarem (!) [20] qui ergo iurauerit in altarem iurat in eo et in omnibus que super illud [sunt] [21] et qui iurauerit in templo iurat in illo et qui habitat in ipso [22] et qui iurat in caelo iurat in trono dī et in eo qui sedet super ipsum. [23] Uae uobis scribae et pharisaei hypocrite qui decimatis mentā et anetum et cyminū et relinquistis quae grauiora erant legis iudicium et misericordiam et fidem. haec oportuerat facere et illa non omittere. [24] Duces caeci (re)liquantes culicem camellum autem gluttientes. [25] Uae uobis scribae et pharisaei hypocrite quia emundatis quod deforis est calicis et parapsidis intus autem plena sunt rapina et intemperantia. [26] phariseae cece. munda prius quod de intus est calicis ut fiat et id quod deforis est unum mundum. [27] Uae uobis scribae et pharisei hypocrite. quia similes estis sepulcris dealbatis quid foris parent hominibus speciosa intus uero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. [28] sic et uos a foris quidē paretis hominibus iusti intus autem pleni estis hypocrisis (!) et iniquitate. [29] Uae uobis scribae et pharisaei hypocrite quia aedificatis sepulcra profetarum et ornatis

monumenta iustorum. [30] Et dicitis quia si fuissemus in diebus
patrum nostrorum non essemus socii ipsorum in sanguine profeta-
rum. [31] Itaque testimonium reddistis uobis quia filii eorum estis
qui profetas occiderunt [32] et uos inplete mensuram patrum uestro-
rum. [33] serpentes generatio uiperarum quomodo effugietis a iudi-
cium gehennae. [34] Ideo ecce ego mitto ad uos prophetas et sapi-
entes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis et flagellabitis
in synagogis et persequemini de ciuitate in ciuitatē [35] et ueniat su-
per uos omnis sanguis iustus qui effunditur super terram a san-
guine abel iusti usque ad sanguinē zachariae filii barachiae quem
occidistis inter templum et inter altare. [36] amen dico uobis uenient
haec omnia super generationem istam.

LXVII. [37] Hierusalem hierusalem quae occidis prophetas et
lapidas eos qui ad te missi sunt quotiens uolui congregare filios
tuos quemadmodum gallina congregans pullos suos sub alis suis et
sed noluisti [38] ecce relinquitur uobis domus uestra deserta [39] dico
autem uobis quia non me uidebitis amodo donec dicatis. benedic-
tus qui uenit in nomine dm̄i.

LXVIII. (c. 24) [1] Et egressus ihs̄ de templo ibat et adcesse-
runt discipuli eius ut ostenderent ei structuram templi. [2] Ipse au-
tem respondens dixit illis. uidetis haec omnia. amen dico uobis non
relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. [3] Sedente
autem ipse super montem oliueti accesserunt ad eum discipuli se-
creto dicentes. dic nobis quando haec erunt. Et quod signum ad-
uentus tui et consummationes saeculi. [4] Et respondens ihs̄ dixit illis
uidete ne quis uos seducat ullo modo [5] multi enim uenient in nomine
meo dicentes ego sum xps̄. et multos seducent. [6] Audientem (!) pre-
lia et opiniones proeliorum uidete ne turbemini. oportet enī haec
fieri sed nondum est finis. [7] Insurget enim gens contra gentem et
regnum contra regnum et erunt fames et terre motus per loca [8]
haec autem omnia initia sunt dolorum. [9] Tunc tradent uos in tri-
bulationem et occident uos et eritis odio omnibus gentibus propter
nomen meum. [10] Et tunc scandalizabūtur multi et inuicē tradent
et odio habebunt inuicem. [11] Et multi pseudoprophete insurgent
et seducent multos. [12] et quoniam abundauit iniquitas refrigiscet
caritas multorum. [13] Qui autem permanserit usque ad finem hic
saluus erit. [14] Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso
orbe in testimonium omnibus gentibus. et tunc ueniet consumma-
tio. [15] Cum ergo uideritis abominationem desolationis quod dictum
est a daniele propheta stans in loco scō. qui legit intelligat. [16] Tunc
qui in iudea sunt fugiant ad montibus [17] et qui in tecto non de-
scendant tollere aliquid de domo [sua]. [18] et qui in agro sunt non

reuertatur tollere tunicam suam. 19 Uae autem praegnantibus in
illis diebus. 20 orate autem ut non fiat fuga uestra in hieme uel
sabbato. 21 Erit enim [tunc] tribulatio magna qualis non fuit ab
initio sæculi usque modo neque fiet. 22 Et nisi breuiati fuissent
dies illi non fieret salua omnis caro sed propter electos breuiabun-
tur dies illi. 23 Tunc si quis uobis dixerit ecce hic est xp̄s [aut
illic nolite credere 24 surgent enim pseudochristi] et pseudoprophe-
tae et dabunt signa magna et prodigia ita ut in errorem inducan-
tur si fieri postest etiam electi. 25 ecce praedixi uobis. 26 Si autem
dixerint uobis ecce in deserto est nolite exire. aut ecce in penetra-
libus nolite credere. 27 Sicut enim fulgur exit ab oriente et ad-
paret usque in occidentem ita erit et aduentus fili hominis. 28
Ubicumque enim fuerit corpus illic congregabuntur aquilae. 29
Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur.
et luna non dabit lumen suum et stellae cadent de cælo at uirtu-
tes caelorum commouebuntur 30 [et tunc parebit signum fili ho-
minis in caelo]. Et tunc plangent se omnes tribus terrae et uide-
bunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa
et maiestate. 31 Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna
et congregabunt ele[c]tos eius a quatuor uentis a summis caelorum
usque ad terminos eorum. 32 A fici autem arbore discite para-
bolam intellegite cum iam ramus eius tener fuerit et folia nascun-
tur scitis quia prope est aestas 33 ita et uos cum uideritis haec om-
nia scitote quia prope est in ieiuniis [ianuis]. 34 Amen dico uobis
quia non praeteribit haec generatio donce haec omnia fiant.
35 Caelum et terra transibunt uerbum autē hoc non prete-
ribit. 36 De die autem illa et hora nemo scit neque angeli caelorum
neque filius nisi pater solus. 37 Sicut autem in diebus noe ita erit et
aduentus filii hominis. 38 sicut enim erant in diebus illis ante dilu-
bium manducantes et bibentes et uxores ducentes usque in eum
diem quo intrauit noe in arcam. 39 et non cognouerunt donec uenit
diluuium et tulit omnes. ita erit et aduentus fili hominis. 40 Tunc
duo erunt in agro. unus adsumetur et alius relinquetur duo in lecto
unus adsumetur et alius relinquetur. 41 Uigilate ergo quia nes-
citis qua die dm̄s uenturus est. 42 Illud autem scitote quoniam
si sciret paterfamilias qua hora fur uenit uigilaret utique et non
sineret perfodi domum suam. 43 ideo et uos estote parati quia nes-
citis qua hora filius hominis uenturus sit. 44 Quisnam est fidelis
seruus aut prudens quē constituit dm̄s suus super familiam suam
ut det illis cibum in tempore. 45 beatus ille seruus quem ueniens
dm̄s eius inueniet ita facientem. 46 Amen dico uobis quoniam
super omnia bona sua constituet eum. 47 Si autem dixit malus

ille seruus in corde suo. moram fecit dm̄s meus uenire. [48] et incipiet percutere cōseruos suos. manducet autem et bibat cum ebriosis. [49] ueniet dominus serui illius in die qua non sperat et hora qua ignorat. [50] et diuidet eum partemque eius cum hypocritis ponet. illic erit fletus et stridor dentium.

LXIX. (c. 25) [1] Tunc simile aestimabitur regnum caelorum decem uirginibus quæ adcepierunt (!) lampades suas et prodierunt et uenerunt obuiam sponso et sponsae. [2] quinque autem ex eis erant fatuae et quinque prudentes [3] fatuae ergo acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. [4] Prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus [5] Moram autem sponso facientem (!) dormitauerunt omnes et dormierunt. [6] Media autem nocte clamor factus est ecce sponsus uenit surgite obuiam ei. [7] tunc surrexerunt omnes illæ uirgines et ornauerunt lampades suas. [8] Fatuae autem sapientibus dixerunt. date nobis de oleo uestro quia lampades nostrae extinguntur. [9] Responderunt prudētes dicentes ne forte non sufficiat nobis et uobis. sed ite potius ad uendentes et emite uobis. [10] Dum emere uenit sponsus et quae parate erant intrauerunt cum eo in nuptias et clausa est ianua. [11] nouissimae uenerunt reliquae uirginis dicentes. dn̄e dn̄e aperi nobis. [12] ad ille respondens ait amen dico uobis nescio uos. [13] uigilate itaque quia nescitis diem neque horam. [14] Sicut enim homo peregre profectus uocauit seruos suos et tradidit illis bona sua. [15] et uni quidem dedit quinque talenta. alii autem duo alii uero unum. unicuique secundum propriam uirtutem profectus est [statim]. [16] Continuo [abiit] autem qui quinque talenta adceperat et operatus est in eis alia quinque. [17] et similiter et qui duo adcepit lucratus est in eis alia duo. [18] Qui autem unum talentum adcepit fodit et abscondit pecuniam dn̄i sui. [19] Post multum uero tēpus uenit dom̄s seruorum illorum et posuit rationem cum eis. [20] et adcedens qui quinque talenta adceperat optulit alia quinque talenta dicens. dn̄e quinque talenta mihi tradisti ecce alia quinque superlucratus sum. [21] Ait illi dm̄s̄ eius euge serue bonae et fidelis [super pauca fuisti fidelis] super multa te constituā intra in gaudium dm̄i tui. [22] Accessit autem et qui duo talenta adceperat et ait. dm̄e duo talenta tradidisti mihi ecce alia duo lucratus sum. [23] Et ait illi dm̄s eius. euge serbe bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra in gaudium dn̄i tui. [24] Accedens autem et qui unum talentum adceperat ait dm̄e scio quia homo durus est metis ubi non seminasti et congregans ubi non sparsisti [25] et timens abii et abscondi talentum tuum in terram. ecce habes quod tuum est. [26] Respondens autem dms̄ eius dixit ei. serue nequam et piger. sciebas quod meto ubi non

semino et congrego ubi non sparsi. 27 Oportuit ergo tradere pe-
cuniam meam num̄ulariis. et ego ueniens recipissem quod meum
est [cum usura]. 28 Tollite itaque ab eo talentum et date ei qui
habet decem talenta. 29 omni enim habenti dabitur et abundabit. ei
autem qui uon habet et quod habent auferetur ab eo 30 et nequam
seruum proicite foras in tenebras exteriores. illic erit fletus et stri-
dor dentium.

LXX. 31 Cum autem ueniens filius hominis in maiestate
sua et omnes angeli cum [eo] tunc sedebit super sedem maiestatis
suae 32 et congraegabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos
ab inuicem sicut pastor segregat oues ab haedis. 33 et statuet oues
ad dextris suis haedos autem a sinistris 34 tunc dicet rex his qui a
dextris sunt eius. Uenite benedicti patris mei possidete praepara-
tum uobis regnum a constitutione mundi. 35 esurii enim et dedistis
mihi manducare. sitibi et dedistis mihi uiuere hospes erā et colle-
gistis me 36 infirmus et uisitastis me in carcere erā et uenistis ad
me. 37 Tunc respondebunt ei iusti dicentes. dn̄e quando te uidi-
mus. esurientem et pa(ui)mus te aut sitientem et dedimus tibi po-
tum. 38 quando autem te bidimus hospitem et collegimus te aut nu-
dum et coperuimus te. 39 aut quando te uidimus infirmum et in
carcere et uenimus ad te. 40 Et respondens rex dicet illis amen
dico uobis quandiu fecistis uni horum minimorum et mihi feci-
stis. 41 Tunc dicet et his qui a sinistris sunt. discedite a me
maledicti in ignem aeternum quem parauit pater meus diabolo [et
angelis eius]. 42 Esuriui enim et non dedistis mihi manducare
sitiui et non dedistis mihi bibere. 43 hospes eram et non recepistis
me nudus et non operuistis me infirmus et in carcere et non ue-
nimus. 44 Tunc respondebunt et ipsi dicentes dm̄e quando te
uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut in-
firmum aut in carcerem et non ministrauimus tibi. 45 Tunc re-
spondebit illis dicens. amen dico uobis quandiu non fecistis uni de
min(im)is istis nec mihi fecistis. 46 et ibunt hi in ignē aeternum iu-
sti autem in uitam aeternam.

LXXI. (c. 26). 1 Et factum est postquam consumauit ihs̄
sermones hos omnes dixit discipulis suis. 2 scitis quia post biduum
pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifigatur. 3 Tunc
congregati sunt principes sacerdotum et scribae et seniores populi
in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas 4 et consilium
fecerunt ut ihm̄ dolo tenerent et occiderent. 5 Dicebant autem
ne in die festo [ne forte] tumultus fieret in populo. 6 Cum au-
tem esset ihs̄ in bethania in domo simonis leprosi 7 accessit ad eum
mulier habens alabastrū unguenti pretiosi et effudit supra caput

eius recumbenti et ipso. 8 Uidentes autem discipuli indignati
sunt dicentes. ut quid perditio haec. 9 potuit enim istut uenundari
et dari pauperibus. 10 Quod ut cognouit ihs̄ dixit illis. quid molesti
estis huic mulieri. opus enim bonum operata est in me. 11 Nam
pauperes semper habetis uobiscum. me autem non semper habetis
uobiscum. 12 Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum
ad sepeliendum me fecit. 13 Amen dico uobis ubicumque prae-
dicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur et quod haec
fecit in memoriā ipsius. 14 Tunc abiit unus de duodecim qui
dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotum. 15 et ait illis quid
uultis mihi dare et ego uobis eum tradam. Ad illi constituerunt
ei XXX argenteos 16 et exinde quærebat opportunitatem ut eum
traderet.

LXXII. 17 Prima autem die azymorum adcesserunt disci-
puli ad ihm̄ dicentes. ubi uis paremus tibi manducare pascha. 18
Ad ille dixit eis ite in ciuitatem ad quemdam et dicite ei. magi-
ster dicit tempus meum prope est. aput te facio cum discipulis
meis pascha. 19 Et fecerunt discipuli sicut constituit illis ihs̄ et
parauerunt pascha. 20 Uespere autem facto discubuit ihs̄ cum
duodecim discipulis suis. 21 Et edentibus illis dixit. amen dico
uobis quod unus uestrum me traditurus est. 22 Et contristati
nimis ceperunt singuli dicere. Numquid ego sum dn̄e. 23 Ipse
uero respondens ait qui intingit mecū manum in parapsidē hic me
tradet. 24 filius quidem hominis uadit sicut scriptū est de illo. uae
autem homini illi per quē filius hominis tradetur bonum erat ho-
mini illi non nasci. 25 Respondens autem iudas qui traditurus
eum erat dixit numquid ego sum rabbi. Ait illi ihs̄ tu dixisti. 26
Ipsis autem caenantibus accepit ihs̄ panem et benedixit ac fregit
et dedit discipulis suis dicens accipite et māducate hoc est corpus
meum. 27 Et adcipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens
bibite ex eo omnes. 28 Hic est enim sanguis meus noui testamenti
qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. 29 Dico
autem uobis quoniam non bibam amodo de hac creatura uitis us-
que in diem illum cum illud bibam uobiscum nouum in regno pa-
tris mei. 30 Et hymno dicto exierunt in montem olíueti.

LXXIII. 31 Tunc dicit illis ihs̄. omnes uos scandalum pa-
tiemini in me in ista nocte. scriptum est enim percutiam pastorem
et dispargentur oues gregis. 32 Postquam resurrexero praecedam
uos in galilaeā. 33 Respondens autem petrus ait si omnes scan-
dalizabuntur in te. ego nunquam scandalizabor. 34 Dicit illi ihs̄
amen dico tibi quod hac nocte antequam gallus cantet ter me ne-
gabis. 35 Ait illi petrus etiamsi si me oportuerit mori tecum

non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. [36] Tunc
uenit ihs̄ cum illis in prædium quod dicitur gedsamani et dicit
discipulis suis. sedete hic donec ego uadam illuc orare. [37] Et adsumpto
petro et duobus filiis zebedaei coepit contristari et mestus esse.
[38] Tunc ait illis tristis est anima mea usque ad mortem sustinete
[hic] et uigilate mecum. [39] Et progressus pusillum procidens in
faciem suam orans et dicens. Pater meus si possibile est tran-
seat a me calix iste. sed tamen non sicut ego uolo sed sicut tu
[40] et uenit ad discipulos suos et inuenit eos dormientes et ait pe-
tro sic non potuistis una hora uigilare mecum. [41] Uigilate et orate
ut non ueniatis in temptationem. sps̄ quidem pr̄otus est caro autem
infirma. [42] Iterum secundo abiit et orauit dicens pater meus si
non potest hoc transire a me nisi illud bibam fiat uoluntas tua.
[43] Et uenit iterum et inuenit eos dormientes erant enim oculi
eorum grauati. [44] Et relictis illis iterum abiit et orauit eundē
sermonem dicens. [45] Tunc uenit ad discipulos suos et dicit illis
dormite iam et requiescete ecce appropinquanit hora et filius ho-
minis tradetur in manibus peccatorum. [46] surgite eamus ecce adpro-
piauit qui me tradet. [47] Adhuc ipso loquente ecce iudas unus
de duodecim uenit et cum eo turba multa cum gladiis et fusti-
bus missi a principibus sacerdotum et senioribus plebis. [48] Qui
autem tradidit eum dedit illis signum dicens quemcumque oscula-
tus fuero. ipse est tenete eum. [49] et confestim adcedens ad ihm̄ dixit
haue rabbi et osculatus est eum. [50] Cui dixit ihs̄ ad quod ue-
nisti amice. tunc adcesserunt et manus iniecerunt in ihm̄ et tenue-
runt eum. [51] Et ecce unus ex his qui erant cum ihū extendens
manū exemit gladium suū et percutiens seruum principis sacerdo-
tum amputauit auriculam eius. [52] Tunc ait illi ihs̄ conuerte
gladium tuum in loco suo. Omnes enim qui adcipiunt gladium et
gladio utuntur gladio peribunt. [53] aut non putas me posse modo rogare
patrem meum et exhibebit mihi plusquam duodecim milia angelo-
rum. [54] Quomodo ergo implebuntur scripturae quia sic oportet
fieri. [55] In illa hora dixit ihs̄ turbis. quasi ad latronem uenis-
tis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Cotidie aput uos se-
debam in templo docens et non me tenuistis. [56] Hoc autem to-
tum factum est ut impleantur scripturae profetarum. Tunc disci-
puli omnes relicto eo fugerunt. [57] Illi autem tenentes ihm̄ per-
duxerunt ad caipham principem sacerdotum ubi scribae et seniores
conuenerant. [58] Petrus autem sequebatur eum a longe usque in
atrium principis sacerdotum. et ingressus intro sedebat cum mini-
stris ut uideret exitum rei. [59] Principes autem sacerdotum et
uniuersum consilium querebant falsum testimonium contra ihm̄ ut

eum morti traderent 60 et non inuenerunt exitum et cum multi
falsi testes adcessissent non inuenerunt quicquam in eo. Nouis-
sime autem uenerunt duo falsi testes 61 et dixerunt. audiuimus hunc
dixisse. Possum destruere hoc templum dī et post triduum illud
reaedificare. 62 Et surgens princeps sacerdotum ait illi. nihil re-
spondens ad ea quae ipsi aduersum te testificantur. 63 ihš autem ta-
cebat et respondens princeps sacerdotum ait illi. adiuro te per dm̄
uiuum ut dicas nobis si tu es xpš filius dī uibi. 64 Dicit illi
ihš. tu dixisti amen dico uobis amodo uidebitis filium hominis se-
dentem a dextris uirtutis dĭ et uenientem cum nubibus caeli. 65
Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens. blasphema-
uit quid adhuc egemus testibus ecce munc audistis plasphemiam (!)
eius 66 quid uobis uidetur. Ad illi responderunt et dixerunt. reus
est mortis. 67 Tunc exspuerunt in faciem eius et colaphis ceci-
derunt eum [ali autem palmas in faciem eius dederunt] 68 dicentes
prophetiza nobis xpš quis est qui te percussit. 69 petrus uero sede-
bat foris in atrio et adcessit ad eum una ācilla dicens. et tu cum
ihū galilaeo eras. 70 Ad ille negauit corā omnibus dicens. nes-
cio quid dices. 71 exeunte autem ilium (!) ianuam. uidit eum alia an-
cilla et ait eis qui erant ibi. et hic erat cum ihū nazareo. 72 Et
iterum negau̅it cū iuramento dicens non noui hominem. 73 Et
post pusillum adcesserunt qui ibi stabant et dixerunt petro uere
et ex illis es tu. nam et loquela tua similes est ei. 74 Tunc coe-
pit deuotare se et iurare quod non nouisset hominem. Et conti-
nuo gallus cantauit. 75 Et rememoratus est petrus uerbi ihū quod
dixerat ante quam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras
amarissime plorauit. (c. 27) 1 Mane autem factum esset consi-
liū acceperunt omnes principes sacerdotum et seniores plebis ad-
uersus ihm̄ ut eum morti traderent 2 et uinctum adduxerunt eum
et tradiderunt pontio pilato præsidi. 3 Tunc uidens iudas qui
eum tradidit quia damnatus est penitentia ductus retulit XXX ar-
genteos principibus sacerdotum et senioribus 4 dicens. peccauit tra-
dens sanguinem iustum. Ad illi dixerunt. quid ad nos. tu uideris.
5 Et proiectis argenteis in templo secessit et abiens laqueo se
suspendit. 6 Tunc principes sacerdotum acceptis argenteis dixe-
runt. non licet eos mittere in loculum quia pretium sanguinis est.
7 Consilio autem adcepto emerunt inter se agrum figuli in sepul-
turā pelegrinorum. 8 propter hoc uocatus est ager ille haceldamach
hoc est ager sanguinis usque in hodiernum diem. 9 Tunc adin-
pletum est quod dictum est per hieremiam profetam dicentem. et
adceperunt XXX argentecs pretium adpretiati quod adpretiaue-
runt a filiis istrahel 10 et dederunt eos in agrum figuli sicut constituit

mihi dn̄s. 11 Ihs̄ autem stetit ante præsidem et interrogauit eum
præses dicens. tu es rex iudaeorum. Dicit ei ihs̄ tu dicis. 12 Et
cum adcusaretur a principibus sacerdotum et senioribus nihil re-
spondebat. 13 Tunc dicit illi pilatus non audis quanta aduersum
te testiticātur 14 et [non] respondit ei [ad] ullum uerbum ita ut mi-
raretur praeses uehementer. 15 Per diē autem solemnem consue-
uerat praeses dimittere populo unum uinctum quem uoluissent. 16
habebant autem tunc uinctum insignem qui dicebatur barabbas. 17
Congregatis autem illis dixit pilatus. quem uultis uobis dimittam
barabbam an ihm̄ qui dicitur xps̄. 18 Sciebat enim quod per in-
uidiam tradiderant eum. 19 Sedente autem illo pro tribunali mi-
sit ad eum uxor eius dicens. nihil tibi et iusto illi multa enim
passa sum hodie [per uisum] propter illum. 20 Principes autem
sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut peterent barabbam
ihm̄ uero perderent. 21 Respondens autem præses ait illis quem
uultis uobis de duobus dimittam. ad illi dixerunt barabbam. 22
Dicit illi pilatus quid ergo faciemus ihm̄ qui dicitur xps̄. 23 Di-
cunt omnes. crucifigatur. Ait illis præses. quid enim mali fecit. ad
illi magis clamabant dicentes crucifigatur. 24 Uidens autem pila-
tus quia nihil profecit sed magis tumultum fieri accepta aqua lauit
manus corā populo dicens innocens ego sum a sanguine [iusti]
huius uos uideritis. 25 Et respondens uniuersa turba dixit sā-
guis eius super nos et super filios nostros. 26 Tunc dimisit illis
barabbam ihm̄ uero flagellis caesum tradidit eis ut crucifigerent.
27 Tunc milites præsidis susciperunt ihm̄ in praetorio congrega-
uerunt ad eum uniuersā cohortē 28 et induerunt eum tunicam pur-
pureā et clamidem coccineam circumdederunt ei 29 et coronam de
spinis posuerunt super caput eius et arundinem in dexteram eius
et adgeniculantes se ante eum deludebant eum dicentes haue rex
iudeorum. 30 et expuentes in eum adceperunt arundinem et percu-
tiebant caput eius. 31 Et postquam inluserunt eum exuerunt eum
clamidem et induerunt eum uestimenta eius et duxerunt eum ut
crucifigerent. 32 Exeuntes autem inuenerunt hominē cyreneum
uenientem obuiam sibi nomine simonem hunc angariauerunt ut
tolleret crucem eius. 33 Et uenerunt in locum qui dicitur gol-
gotha quod est caluariæ locus. 34 et dederunt ei bibere [uinum] cum
felle mixtum. et cum gustassct noluit bibere. 35 Postquum autem
crucifixerunt eum diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes 36
et sedentes seruabant eum 37 et inposuerunt super caput eius cau-
sam scribtam. hic est ihs̄ rex iudaeorum. 38 Tunc crucifixi sunt
cum eo duo latrones unus a dextris et alius a sinistris. 39 Trans-
euntes autem blasfemabant eum mouentes capita sua 40 et dicentes.

uah qui destruebat templum dī et in triduo illud reedificabat. si
filius dī es descende nunc de cruce. 41 Similiter et principes sa-
cerdotum deludentes cum scribis et phariseis dicebant. 42 alios sal-
uos fecit seipsum non potest saluum facere si rex istrahel est des-
cendat nunc de cruce et credimus ei 43 confidit in dō liberet eum
si uult eum. dixit enim quia dī filius sunt (!) 44 Idipsum autem
et latrones qui crucifi(xi) erant cum eo inproperabant ei. 45 Hora
autem ab sexta tenebrae facta sunt super uniuersam terram usque
ad horam nonam. 46 Et circa horam autem nonam clamauit ihš
uoce magna dicens. heli heli lamma zapthani. hoc est dš meus dš
meus ut quid me dereliquisti. 47 Quidam autem illic stantes et
audientes dicebant. heliam uocat iste. 48 Et continuo currens
unus ex eis adcepta spongiā inpleuit aceto et imposuit harundine
et dabat ei bibere. 49 Ceteri uero dixerunt. sine uideamus si ue-
nit elias liberauit eum. 50 Ihš autem iterum clamans uoce magna
emisit spm̄. 51 Et ecce uelum templi scissum est in duas partes
a summo usque deorsum et terra mota est et petrae fissæ erunt 52
et monumenta patefacta sunt et multa corpora sanctorum dor-
mientium surrexerunt 53 et exeuntes de monumentis post resurrec-
tionem ipsius uenerunt in sanctam ciuitatem et multis apparuerunt.
54 Centurio autem et qui cum eo erant custodientes ihm̄ uiso
terrae moto et his quae fiebant timuerunt ualde dicentes. uere dī
filius erat iste. 55 Erant autem ibi mulieres multae a longe ui-
dentes quae secutae erant ihm̄ a galilaeā ministrantes ei 56 inter
quas erat maria magdalene et maria iacobi et ioseph mater et ma-
ter filiorum zebedaei. 57 Cum sero autem factum esset uenit qui-
dam homo diues ab arimathaea nomine ioseph qui et ipse disci-
pulus erat ihū. 58 hic adcessit ad pilatum et petiit corpus ihū. Tunc
pilatus iussit reddi corpus. 59 et cum adcepisset ioseph corpus ihū
inuoluit illud in sindone munda 60 et posuit illud in monumento
suo nouo quod exciderat in petra et aduoluit saxū magnum ad
ostium monumenti et abiit. 61 Erat autem ibi maria magdalene
et altera maria sedentes contra sepulchrum. 62 Altera autem die
quae est post parasceuen conuenerunt principes sacerdotum et pha-
risaei ad pilatum 63 dicentes. dm̄e rememorati sumus quod seductor
ille dixit cum adhuc uiueret. post tertium diem resurgam 64 iube
ergo sepulchrum custodiri usque in diem tertium ne forte ueniant
discipuli eius et furentur eum et dicant plebi quia surrexit a mor-
tuis. et erit nouissimus error peior priore. 65 Ait illis pilatus ha-
betis custodes ite custodite sicut scitis. 66 Illi autem euntes mu-
nierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.

LXXIV. (c. 28) 1 Uespere autē sabbati quae lucescit in
prima sabbatorū uenit maria magdalene et altera maria uidere se-
pulchrum. 2 Et ecce terre motus factus est magnus. angelus au-
tem dm̄i descendit de caelo et adcedens reuoluit lapidem et se-
debat super eum. 3 Erat autem aspectus eius sicut fulgur et ue-
stimentum eius candida sicut nix. 4 a timore autem eius conmoti
sunt qui custodiebant. facti sunt sicut mortui. 5 Respondens au-
tem angelus dixit mulieribus nolite timere uos. scio enim quod
ihm̄ qui crucifixus est queritis. 6 non est hic. resurrexit a mortuis
sicut dixit. uenite et uidete hic locum ubi positus erat dm̄s. 7 et
cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit a mortuis et proce-
dit uos in galilaeam ibi eum uidebitis ecce dixi uobis. 8 Et exie-
runt cito de monumento cum gaudio magno currentes nuntiare disci-
pulis eius. 9 Et ecce ihs̄ occurrens illis dicens habete Illae autem
adcesserunt et tenuerunt pedes eius et adorauerunt eum. 10 Tunc ait
illis ihs̄ nolite timere ite nunciate fratribus meis ut eant in galilaeam
et ibi me uidebunt. 11 Ipsis autem abeuntibus ecce quidam dē cu-
stodibus cum uenisset in ciuitatē nunciauerunt principibus sacerdo-
tum omnia que facta sunt. 12 Et congregati cum senioribus con-
silium acceperunt et pecunias copiosas dederunt militibus 13 dicētes
dicite quia discipuli eius nos teunerunt et furati sunt eum nobis
dormientibus 14 et si hoc auditum fuerit a præside nos persuade-
bimus ei et securos uos faciemus. 15 Ad illi accepta pecunia fe-
cerunt sicut erant docti et diuulgatū est uerbum istud aput iudaeos
usque in hodiernum. 16 Undecim autem discipuli abierunt in
galileam in montem ubi constituerat illis ihs̄ dm̄s. 17 et uidissent
eum adorauerunt. quidam autem dubitauerunt 18 et adcedens ihs̄ lo-
cutus est eis dicens. data est mihi omnis potestas in caelo et in
terrae 19 euntes ergo docete omni gente baptizantes eos in nomine
patris et filii et s̄ci sps̄ 20 docentes eos seruare omnia quocumque (!)
mandaui uobis et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem saeculi amen.

euangel. secundū matteum exp. inc. euangeliū secundū iohannem.

(euangelium secundum iohannem).

(c. 1). 1 In principio erat uerbum et uerbum erat aput dm̄
et ds̄ erat uerbum. 2 Hoc erat in principio aput dm̄. 3 Omnia
per illum facta sunt et sine illo factum est nihil quod factum est
4 in ipso uita est et uita erat lux hominum. 5 et lux in tenebris lu-
cet et tenebrae eam non conpraehenderunt. 6 Fuit homo missus
a dō cui nomen erat iohannes. 7 hic uenit in testimonium ut testi-
monium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. 8
Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine 9 erat

lux uera quae inluminat omnē hominem uenientē in hunc mun-
dum 10 in hoc mundo erat et mundus per ipsum factus est et mun-
dus eum non cognouit. 11 In sua propria uenit et sui eum non
receperunt 12 quodquod autem receperunt eum dedit eis potestatem
filios dī fieri his qui credunt in nomine eius 13 qui non ex san-
guinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri sed
ex dō nati sunt. 14 Et uerbum caro factum est et habitauit in
nobis et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre
plenū gratia et ueritate. 15 Iohannes testimonium per(h)ibet de
illo et clamat dicens hic erat quem dixi qui post me uenit. ante
me factus est quia prio(r) me erat. 16 Quoniam de plenitudine
eius nos omnes accepimus [et] gratiam pro gratia 17 quia lex per
moysen data est gratia nisi et ueritas per ihm̄ xpm̄ facta est 18
dm̄ nemo uidit umquam. autem unigenitus filius qui est in sinum
patris ipse enarrauit. 19 Et hoc est testimonium iohannis quando
miserunt iudaei ab hierosolymis sacerdotes et leuuitas ad eum ut
interrogarent eum. tu quis es. 20 et confessus est et non negauit et
confessus est quia ego non sum xps̄. 21 Et interrogauerunt eum
iterum quid ergo tu helias es. et dixit. non sum. ne ergo propheta
es tu. et respondit non. 22 Et dixerunt ei. dic ergo nobis quis es
ut responsum demus his qui miserunt nos quid dicis de teipso. 23
ait ego uox clamantis in deserto. parate uiam domini sicut dixit
esaias profeta. 24 Et qui missi fuerant [erant] ex pharisaeis. 25
et interrogauerunt eū dicentes quid ergo baptizas si tu non es
xps̄ neque helias neque propheta.

I. 26 Respondit eis iohannes dicens. ego quidem baptizo in
aqua. medius autem uestrum stat quem uos non scitis. 27 ipse est
de quo dicebam quoniam post me uenit uir qui ante me factus
est cuius ego non sum dignus ut soluam corrigiam calciamenti.
28 Haec in bethania facta sunt trans iordan̄em ubi erat iohannes
baptizans.

II. 29 Altera die uidet iohannes ihm̄ uenientem ad se et
ait. ecce agnus dei ecce qui tollit peccatū mundi. 30 hic est de quo
ego dixi post me uenit uir qui ante me factus est quia prior me
erat 31 et ego non sciebam eum sed ut manifestetur plebi istrahel
et propterea ueni ego in aqua baptizans. 32 Et testimonium
perhibuit iohannes dicens. quia uidi spm̄ descendentē quasi colum-
bam de cælo et mansit super eum. 33 Et ego non sciebam eum
sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit. super quem
uideris spm̄ descendentē de caelo et manentē super eum hic est
qui baptizat in spū scō. 34 et ego uidi et testimonium perhibui quia
hic est filius electus dī. 35 Altera die iterum stabat iohannes et ex

discipulis eius duo 36 et respiciens ihm̄ ambulantem dixit ecce
agnus dei ecce qui tollat peccatum mundi. 37 Et audierunt eum
duo discipuli eius loquentem et secuti sunt ihm̄.

III. 38 Conuersus autem ihs̄ et uidens eos sequentes se
dixit eis. quid quaeritis. qui dixerunt ei rabbi quod dicitur inter-
praetatum magister ubi manes. 39 dicit eis ihs̄ uenite et uidete.
uenerunt et uiderunt ubi maneret et apud eum manserunt die
illo. hora autem erat quasi decima 40 erat autem andreas frater si-
monis petri unus ex duobus qui audierant a iohanne et secuti
erant eum. 41 Inuenit hic primum fratrem suum simonem et
dicit ei inuenimus messiam quod est interpraetatum xps̄ 42 et ad-
duxit eum ad ihm̄. Intuitus autem eum ihs̄ dixit tu ės simon
filius iohannis tu uocaueris chephas quod interpraetatur petrus.
43 In crastinum autem uoluit exire in galilaeam et proficiscens
inuenit philippum. et dicit ei ihs̄ sequaere me. 44 Erat autem
philippus a bedsaida de ciuitate andreae et petri. 45 inuenit philip-
pus nathanael et dicit ei quem scribit moyses in lege et profetae
inuenimus ihm̄ filium ioseph qui est a nazareth. 46 Et dixit ei
nathanael. a nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus
ueni et uide. 47 Uidens autem ihs̄ nathanael uenientem ad se
dixit de eo ecce uere istrahelita in quo dolus nō est. 48 dicit ei na-
thanael unde me nosti. respondit ei ihs̄ et dixit ei priusquā te
philippus uocaret cum esses sub arbore ficu uidi te. 49 Respon-
dit ei nathanael et ait rabbi tu es filius dī tu es rex istrahel.
50 Respondit ihs̄ et dixit ei quia dixi tibi uidi te cum esses sub
arbore ficus propter ea credis. maiora horum uidebis 51 et dicit ei
amen amen dico uobis uidebitis caelum apertū et angelos dī as-
cendentes et descententes supra filiū hominis.

IV. (c. 2). 1 Et die tertia nuptiae factae sunt in cana in
galilaeae et erat mater ihū ibi inuitata. 2 Uocatus est autem et
ihs̄ et discipuli eius ad nuptias 3 uinum non habebant quoniam
consummatum est uinum nuptiarum et dicit mater ihū ad eum uinum
no(n) habent fili 4 et dicit ei ihs̄ quid mihi et tibi est mulier non-
dum uenit hora mea. 5 Dicit mater eius ministris quodqumque
dixerit uobis facite. 6 erant autem ibi positae laepideae (!) hydriae sex
secundum purifieationem iudaeorum capientes singulae metretas bi-
nas uel ternas. 7 et uocans ihs̄ ministris dicit eis implete hydrias aqua.
et inpleuerunt eas usque ad summum. 8 Dicit eis ihs̄ haurite nunc
et ferte architriclino et fecerunt sicut dixit illis. 9 Ut autem
gustauit architriclinius aquam uinum factam et non sciebat unde
factum esset. ministri autem sciebant qui haurierant aquam. Uo-
cat sponsum architriclinius 10 et dicit ei. omnis homo primum bonum

uinum ponit et cū inebriati fierint. [tunc] id quod deterius est tu
uero seruasti bonum uinum usque adhuc. 11 Hoc fecit initium
signorum īhs̄ in canan galileae et manifestauit gloriam suam et
crediderunt in eum discipuli eius. 12 Post hoc descendit chaphar-
naum ipse et mater eius et fratres eius [et discipuli eius] et ibi
manserunt non multos dies.

V. 13 Et prope erat pascha iudaeorum et ascendit ihs̄ hie-
rosolymam 14 et inuenit in templo uendentes boues et oues et co-
lunbas et numularios sedentes. 15 et cum fecisset quasi flagellum de
reste et omnes eiecit de templo obes quoque et boues et numula-
riorum effudit aes et mensas subuertit. 16 et his qui uendebant co-
lumbas dixit. auferte ista hinc et nolite facere domum patris mei
domum negotiationis. 17 Et rememorati sunt discipuli eius quia
scriptum est zelus domus tuae comedit me. 18 Responderunt
ergo iudaei et dixerunt ei quod signum ostendis nobis quia haec
facis. 19 Respondit ihs̄ et dixit eis soluite templum hoc et in
tribus diebus excitabo illud 20 dixerunt ergo iudaei quadraginta et
sex annis edificatum est templum hoc et tu in tribus diebus exci-
tabis illud. 21 ille autē dicebat de templo corporis sui. 22 Cum
ergo resurrexisset a mortuis rememorati sunt discipuli eius quia
hoc dicebat et crediderunt scripturae et sermoni quem dixit ihs̄.
23 Cum autem esset in hierosolimis in pascha in die festo multi
crediderunt in nomine eius uidentes signa eius quae faciebat. 24
Ipse autem ihs̄ non credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset
omnes 25 [et] quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet
de homine. ipse enim sciebat quid esset in hominem.

VI. (c. 3) 1 Erat autem homo ex pharisaeis nomine ni-
chodemus princeps iudeorum. 2 hic uenit ad eum nocte et dixit ei
rabbi scimus quia a dō uenisti magister nemo enim potest signa
haec facere quae tu fecisti nisi fuerit ds̄ cum illo. 3 respondit ihs̄
et dixit ei. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo
non potest uidere regnum dī. 4 Dicit ad eum nicodemus quo-
modo potest homo nasci cum senex sit numquid potest homo in
uentrē matris suae iterato introire et renasci. 5 Et respondit ihs̄.
amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū scō
nō potest introire in regnum dī. 6 quod natum est de carne caro
est quia de carne natum est. et quod natum est ex spū sps̄ est
quia ds̄ sps̄ est. 7 non mireris quia dixi tibi. oportet uos nasci de-
nuo 8 sps̄ ubi uult spirat et uocem eius audis sed non scis unde ue-
niat et quo uadat. sic est omnis qui natus est ex aqua et spū. 9
Respondit nicodemus et dixit ei quomodo possunt haec fieri. 10
Respondit ihs̄ et dixit ei. tu es doctor in istrahel et haec ignoras.

11 Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod ui-
dimus testificamur. et testimonium nostrum non adcipitis. 12 Si
terrena dixi uobis et non creditis quomodo si dixero cælestia cre-
detis. 13 Et nemo ascendit in caelum nisi his (!) qui de caelo de-
scendit filius hominis qui est in caelo. 14 Et sicut moyses exal-
tauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis 15 ut
omnis qui credit in illum non pereat sed habeat uitam eternam.
16 Sic enim dilexit dš mundum ut filium suum. unigenitum mit-
teret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat uitam
aeternam. 17 Non enim misit dš filium suum in hunc mundum
ut iudicet mundum [sed] ut saluetur mundus per ipsū. 18 Qui
credit in eum non iudicatur qui non crederit in ipsum iā iudica-
tus est quia nō credit in nomine unigeniti filii dī. 19 Hoc est
autem iudiciū dī quia lux uenit in hunc mundum et dilexerunt
homines potius tenebras quam lucem. erant enim eorum mala
opera. 20 Omnis enim qui male agit odit lucem et non uenit ad
lucem ut non arguantur opera eius. 21 Qui autem facit uerita-
tem uenit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in dō sunt
facta.

VII. 22 Post haec dixit [uenit] ihš et discipuli eius in ter-
ram iudeā et illic demorabuntur (!) cum eis et baptizabat. 23 Erat
autem et iohannes baptizans in aenno iuxta salim quia aquae mul-
tae erant illic et adueniebant et baptizabuntur ab eo. 24 nondum enim
missus fuerat in carcerem iohannes. 25 Facta est ergo quaestio
ex discipulis iohannis cum iudaeis de purificatione 26 et uenerunt
ad iohannē et dixerunt ei rabbi qui erat tecum trans iordanem
cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes ueniunt
ad eum. 27 Respondit iohannes et dixit non potest homo adci-
pere quidquam nisi datum fuerit de caelo. 28 Ipsi uos mihi te-
stimoniū perhibetis quod dixi quia non sum xpš sed quia missus
sum ante illum. 29 Qui habet sponsam spōsus est amicus autem
sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter uocem sponsi.
Hoc ergo gaudium meum inpletum est 30 illum oportet crescere me
autem minui. 31 Qui autem desursum uenit [super omnes est.
qui est de terra] de terra est et de terra loquitur. qui de
caelo uenit [super omnes est] 32 quod uidit et quod audiuit [hoc
testatur] et testimonium eius nemo adcipit. 33 qui enim adcipit tes-
timonium eius signauit quia dš uerax est. 34 quem enim misit dš
uerba dī loquitur non enim ad mensuram dat dš spm̄. 35 Pater
diligit filium et omnia dedit in manu eius. 36 Qui credit in
filium habet uitam aeternam. qui non credit filio non uidebit uitam
sed ira dī manet super eum.

VIII. (c. 4) 1 Ut ergo ihs̄ cognouit quia audierunt phari-
saei quod ihs̄ plures discipulos faciat et baptizat magis quam io-
hannes 2 quamquam ihs̄ non baptizaret sed discipuli eius 3 reliquit
iudaeam et abiit iterum in galilaeam. 4 Oportebat autem eum
transire per sam̄ariam 5 uenit autem in ciuitate sam̄ariae quæ di-
citur sychar iuxta prædium quod dedit iacob filio suo ioseph

IX. 6 erat autem ibi fons iacob. Ihs̄ autem fatigatus ex itinere
sedebat [sic] super puteum. hora erat quasi sexta. 7 Et uenit
mulier sam̄aritana haurire aquā. dicit ei ihs̄. da mihi bibere. 8 disci-
puli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. 9 Dicit
ei ergo mulier illa sam̄aritana. tu cum sis iudaeus quomodo a me
bibere petis cum sim mulier sam̄aritana. non enim coutuntur iu-
daei cum samaritanis. 10 Respondit ihs̄ et dixit ei. si scires do-
num dī et quis est qui dicit tibi. da mihi bibere tu forsitam (!) pe-
tisses ab eo et dedisset tibi aquam uiuam. 11 Dicit ei mulier.
dn̄e neque in quo aurias habes et puteus altus est unde habes
aquam uiuam. 12 numquid maior es tu patre nostro iacob qui dedit
nobis puteum hunc et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius.
13 Respondit ihs̄ et dixit ei. omnis qui bibit ex hac aqua sitiet
iterum qui autem biberit de hac aqua quam ego dabo ei non si-
tiet in aeternum 14 sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae
salientis in uitam aeternam. 15 Dicit ad eum mulier dn̄e da
mihi hanc aquam ut non sitiam neque ueniam huc ad auriendum.
16 dicit ei ihs̄. uade uoca uirum tuum et ueni huc. 17 respondit mu-
lier et dixit ei non habeo uirum. Dicit ei ihs̄. bene dixisti quia
uirum non habes 18 quinque enī uiros habuisti et nunc quem habes
non est tuus uir hoc uere dixisti. 19 Dicit ei mulier. dn̄e uideo
quia propheta es tu 20 patres nostri in monte hoc adorauerunt et
uos dicitis quia hierosolymis est locus ubi adorare oportet. 21 dicit
ei ihs̄. mulier crede mihi quia uenit hora [quando] neque in monte
hoc neque in hierosolymis adorabitis patrem 22 uos adoratis quod
nescitis. Nos adoramus quod scimus quia salus ex iudaeis est.
23 Sed uenit hora et nunc est quando ueri adoratores et adora-
bunt patrem in spū et ueritatem (!) nam et pater talis (!) quaerit qui
adorent eum 24 sps̄ est ds̄ et eos qui adorant [eum] in spū et ue-
ritate oportet adorare. 25 Dicit ei mulier. messias scio quia ue-
nit qui dicitur xps̄. cum ergo uenerit ille nobis adnuntiabit om-
nia. 26 dicit ei ihs̄. ego sum qui loquor tecum. 27 Et continuo
uenerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loqueba-
tur. nemo tamen dixit quid quaeris aut quid loqueris cum ea. 28
Reliquit ergo mulier hydriam suam et abiit in ciuitatem et dicit
[illis] hominibus. 29 uenite et uidete hominem qui dixit [mihi] omnia

quaecumque feci numquid ipse est xps̄. 30 Exierunt ergo de ci-
uitatem et ueniebant ad eum. 31 Inter haec autem rogabant
[eum] discipuli dicentes rabbi manduca. 32 Ille autem dixit eis
ego cibum habeo manducare quem uos non scitis. 33 Dicibant (!)
ergo discipuli intra semetipsos. numquid aliquis adtulit ei mandu-
care. 34 dicit eis ihs̄. meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui
me misit ut perficiam opus eius. 35 Nonne uos dicitis quod ad-
huc quatuor menses sunt et messis uenit ecce dico uobis. Leuate
oculos uestros et uide regiones quia albae sunt iam ad messem
36 [et] qui metit mercedem adcipit et congregat fructum in uitam
aeternam ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. 37 in hoc
est enim uerbum ueritatis quia alius qui seminat et alius est qui
metit. 38 Ego misi uos metere quod uos non laborastis alii la-
borauerunt et uos in labores eorum introistis. 39 Ex ciuitate au-
tem illa multi crediderunt in eum sam̄aritanorum propter uerbum
mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quaecum-
que feci. 40 Cum uenissent ergo ad illum sam̄aritani rogauerunt
eum ut ibi maneret. et mansit ibi duo [dies] 41 et multo plures
crediderunt in eum propter sermonem eius. 42 Mulieri autem
dicebant quia iam non propter tuam loquellā credimus ipsi enim
audiuimus et scimus quia hic est [uere] saluator mundi.

X. 43 Post duos autem dies exiit inde ihs̄ et abiit in ga-
lilaeam 44 ipse enim ihs̄ testimonium perhibuit quia propheta in
sua patria honorem non habet. 45 cum ergo uenit in galiaeam exce-
perunt illū galilaei uniuersi cum uidissent omnia quae fecit hie-
rosolimis in die festo et ipsi cum uenerant in diem festum. 46
Uenit ergo iterum in chanaam galilaeae ubi fecit aquam uinū.
et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. 47
hic cum audisset quia ihs̄ adueniret a iudaea in galilaeam uenit
ad eum et rogabat eum ut descēderet et sanaret filium eius inci-
piebat enim mori. 48 dixit ergo ihs̄ ad eum. nisi signa et prodigia
uideritis non creditis. 49 Dicit ad eum regulus. dnē descende
prius quam moriatur puer. 50 et ait ille ihs̄. uade filius tuus uiuit.
et credidit ille homo sermoni quem dixit ei ihs̄ et abiit. 51 Iam
autem descendente eo serui occurrerunt ei et nunciauerunt dicen-
tes quia filius eius uiuet. 52 Interrogabat ergo ab eis in qua
hora melius habuit. et dixerunt ei quia heriē (!) hora septima reliquit
eum febris. 53 Cognouit ergo pater [quia illa hora erat in qua]
dixit ei ihs̄. filius tuus uiuit et credidit ipse et domus eius tota.
54 Hoc iterum secundum signum fecit ihs̄ cum uenisset a iudaea
in galilaeam.

XI. (c. 5) 1 Post haec erat dies festus iudeorum et ascendit

ihs̄ hierosolymis. 2 est autem hierosolymis in inferiore parte nota-
toria [probatica] piscina quae dicitur hebraice bethzetha quinque
porticus habens. 3 in his decumbebat multitudo languentium caeco-
rum claudorum aridorum expectantium aquae motus. 4 angelus au-
tem [dm̄i secundum] tempus descendebat [in piscinam] et mouebat
aquam et quicumque prior descendisset in notatoria [post motio-
nem aquae] sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. 5 erat
autem ibi homo XXX et octo annos habens in infirmitate sua.
6 Hunc cum uidisset ihs̄ iacentem cognoscens quia iam multum
tempus fecisset in languore ait illi. uis sanus fieri. 7 et respondens
ei languidus. dnē hominem non habeo ut cum mota fuerit aquam(!)
mittat me in notatoriam dum uenio enim ego alius ante me des-
cendit. 8 Dicit ei ihs̄. surge tolle grabatum tuum et ambula. 9
et statim sanus factus est ille homo et surgens sublato grabato
suo ambulat. erat autem sabbatum in illa die. 10 Dicebant ergo
iudaei illi qui curatus fuerat. sabbatum est non licet tibi tollere
grabatum tuum. 11 Respondens eis dicens qui fecit me sanum
ille mihi dixit tolle grabatum tuum et ambula. 12 Interrogaue-
runt [ergo] eum quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum
tuum et ambula. 13 Is autem qui sanatus fuerat non sciebat
quis esset. ihs̄ autem declinauit a turba constituta in loco illo.
14 Postea inuenit eum ihs̄ in templo et dixit illi. ecce sanus fac-
tus es iam noli peccare ne quit tibi deterius contingat. 15 Abiit
ille homo et adnunciauit iudaeis quia ihs̄ esset qui fecit me sa-
num. 16 propterea iudaei persequebantur ihm̄ quia haec faciebat in
sabbato. 17 Ihs̄ autem respondens dicens pater meus usque modo
operatur et ego operor. 18 propterea ergo magis quaerebant iudaei
interficere eum quia non solum soluebat sabbatum sed et patrem
suum dicebat dm̄ equalem se faciens dō. Respondit [itaque] ihs̄
et dixit eis. 19 amen amen dico uobis non potest filius a se facere
quidquā nisi quod uiderit patrem facientem quaecumque enim ille
fecerit ad me et filius facit similiter. 20 pater enim diligit filium et
omnia demonstrat ei quae ipse facit et maiora his demonstrabit ei
opera ut uos miremini 21 sicut enim pater suscitat mortuos et ui-
uificat sic et filius quos uult uiuificat. 22 Neque enim pater iu-
dicat quemquam sed omne iudicium dedit filio 23 ut omnes honori-
ficent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat patrem
[filium] non honorificat patrem qui misit illum. 24 Amen amen
dico uobis quia qui uerbum meum audit et credit ei qui me mi-
sit habet uitam aeternam et in iudicium non uenit sed transiit a
morte in uitam aeternam. 25 Amen amen dico uobis quia uenit
[hora] et nunc est quando mortui audient uocem filii dī et qui

audierint uiuent 26 sicut enim pater habet uitam in semetipso sic
dedit et filio habere uitam in semetipso 27 et potestatem dedit ei
iudicium facere quia filius hominis est. dico enim uobis 28 nolite
mirari in hoc quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis
sunt audient uocem eius 29 et procedent qui bona fecerunt in re-
surrectionem uitae. qui uero mala egerunt in resurrectionem iu-
dicii. 30 Non possum ego a metipso facere quicquam. sicut enī
audio iudico et iudicium meum iustū est quia non quaero uolun-
tatē meam sed uoluntatē eius qui misit me patris. 31 Si ego
testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est uerum
32 alter est qui testimonium perhibet de me [et scio quia uerum
est testimonium quod perhibet de me]. 33 Uos ipsi misistis ad
me et testimonium perhibuit iohannes de me. 34 ego autem non ab
homine testimonium adcipio sed haec dico ut uos salui sitis. 35
Ille erat lucerna ardens et lucens. uos autem uoluistis ad horam
exultare in luce eius. 36 ego autem habeo testimonium maius io-
hanne. Opera enim quae dedit mihi pater ut perficiam ea ipsa
opera testimonium perhibent de me quia pater me misit 37 et qui
me misit pater ille testimonium perhibet de me neque uocem eius
umquam audistis neque figuram eius uidistis 38 et uerbum eius non
audistis in uobis manentem quia quem misit ille huic uos non
creditis. 39 scrutamini scripturas in quibus putatis uos uitam aeter-
nam habere et illae sunt quae testimonium perhibent de me in
quibus putatis uos uitam habere 40 et non uultis ad me uenire ut
uitā habeatis. 41 gloriam ab hominibus non adcipio. 42 sed cognoui
uos quia dilectionē dī non habetis in uobis ipsis. 43 ego ueni in
nomine patris mei et non accipitis [me] si alius uenerit in no-
mine suo illum adcipietis 44 quomodo potestis uos credere gloriam
ab inuicem quaerentes et gloriam quae ab illo solo est dō non
queritis. 45 Nolite putare quia ego accusabo uos aput patrem
est qui adcusat uos moyses in quem uos speratis 46 si enim crede-
[re]tis moysi crederetis forsitan et mihi de me enim illae (!) scripsit 47
si autem illius litteris non creditis quomodo uerbis meis credetis.

XII. (c. 6) 1 Post haec ihs̄ abiit trans mare galilaeae illius
tiberiadis 2 sequebatur autem illum multitudo [magna] quia uide-
bant signa quae faciebat de his qui infirmabantur. 3 abiit ergo ihs̄
in montem et ibi sedebat cum discipulis suis. 4 erat autē proximum.
pascha dies festus iudaeorū. 5 Cum ergo eleuasset oculos ihs̄ et
uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum ait ad philippum
unde ememus panes ut manducent hi. 6 Hoc autem dicebat
temptans eum ipse autem sciebat quid esset facturus. 7 Respon-
dens ei philippus. ducentorum denariorum panes non sunt [suffi-

ciunt] ut unusquisque modicum adcipiat. 8 dicit unus ex discipulis
eius andreas frater simonis petri. 9 est hic puer unus qui habet
quinque panes hordiacios et duos pisces sed haec quid sunt inter
tantos homines. 10 Dixit ergo ihs̄ facite homines discunbere.
erat autem fenum multum in illo loco. discubuerunt ergo uiri
numero quasi quinque millia. 11 Adcepit ergo panes ihs̄ et cum
gratias egisset distribuit [discumbentibus similiter] et ex piscibus
quantum uolebant 12 ut autē saturati sunt dicit ihs̄ discipulis suis
colligite quae superauerunt fragmēta ne pereant. 13 collegerunt ergo
et implerunt duodecim cofinos fragmentorum ex illis quinque pa-
nibus hordiaceis quae superfuerant his qui manducauerant. 14 Illi
ergo homines cum uidissent quod ihs̄ fecerat signum dicebant quia
uere propheta est qui in hunc mundum uenit. 15 Ihs̄ ergo cum
cognouisset quia incipiunt uenire et rapere eum ut faciant eum
regem fugit in montem iterum solus. 16 Cum autem sero factum est
descenderunt discipuli eius ad mare. 17 Et cum ascendissent na-
uim uenierant trans mare in capharnaū et tenebrae iam factam(!)
erant et non venerat ad eos ihs̄. 18 mare autem uento magno flante
exurgebat. 19 Cum remigasset autē quasi stadia uiginti [quinque]
uel triginta uident ihm̄ ambulantem supra mare et proximum naui
fieri et timuerunt. 20 Ille autem dicit eis. nolite timere ego sum.
21 Uoluerunt ergo adcipere eum in nauim et confestim nauis facta
est ad terram quam ibant. 22 Altera die turba quae stabat trans
mare uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una et quia non
introisset ihs̄ simul cum discipulis suis in nauim sed soli disci-
puli eius [abiissent] 23 aliae uero superuenerunt naues a tiberiade
iuxta locum ubi manducauerant panem quem benedixerant dm̄s
[gratias agente domino] 24 cum ergo uidisset turba quia ihs̄ non
esset ibi neque discipuli eius acceperunt sibi confestim nauiculam
et uenerunt capharnaum quaerentes ihm̄. 25 et cum inuenissent eum
trans mare dixerunt ei rabbi quando huc uenisti. 26 Respondit
eis ihs̄ et dixit. amen amen dico uobis quaeritis me non quia ui-
distis sígna sed quia manducastis ex panibus et saturati estis. 27
operamini non cibū qui perit sed qui permanent in uitam aeter-
nam quem filius hominis dabit uobis. hunc enim pater signauit
ds̄. 28 dixerunt ergo ad eum. quid faciemus ut operemur opera dī
29 respondens ihs̄ et dixit eis. hoc est opus dī ut credatis in eū
qui me misit ille. 30 Dixerunt ergo ei. quod ergo tu facis signum
ut uideamus et credamus tibi quid enim operaris 31 nostris patres
manducauerunt manna in deserto sicut scriptum est. panem de celo
dedit eis manducare. 32 Dixit ergo eis ihs̄. amen amen dico uo
bis [non] moyses dedit uobis panem de cælo sed pater meus dat

uobis panem de cælo illut uerum. 33 enim panis dī est qui de cælo
descendit et uitam dat huic mundo. 34 Dixerunt ergo ad eum.
dn̄e semper da nobis hunc panē. 35 Et dixit eis ihs̄ ego sum
panis uite qui uenit ad me non esuriet et qui credit in me non
sitiet umquam. 36 sed dixi uobis quia et uidistis me et non credi-
tis. 37 Omne quod dat mihi pater ad me ueniet et eum qui
uenit ad me non eiicio foras 38 quia descendi de caelo non ut fa-
ciam uoluntatem [meam] sed uoluntatem eius qui me misit. 39
Haec est autem uoluntas eius qui me misit patris ut omne quod
dedit mihi pater non perdam nihil ex eo sed resuscitem illud in
nouissimo die. 40 Haec est enim uolūtas patris mei qui me mi-
sit ut omnis qui uidet filium et credit in eum habeat uitam aeter-
nam et ego resuscitabo eum in nouissima die. 41 Murmurabant
ergo iudaei de illo quia dixisset. ego sum panis qui de caelo
descendi 42 et dicebant nonne hic est ihs̄ filius ioseph cuius nos
nouimus patrem et matrem. quomodo ergo dicit hic quia de caelo
descendit. 43 Respondit ergo ihs̄ et dixit eis. nolite murmurare
inuicem. 44 nemo potest ad me uenire nisi pater qui me misit ad-
traxerit eum et ego resuscitabo eum in nouissimo die. 45 scriptum
est enim in prophetis. et erunt omnes docibiles dī. omnis qui au-
diuit a patre et didicit uenit ad me. 46 non quia patrem quisquam
uidit nisi is qui est a dō hic uidit patrem. 47 Amen amen dico
uobis. qui credit in me habet uitam aeternam. 48 Ego sum pa-
nis uitae. 49 patres uestri manducauerunt in deserto manna et mor-
tui sunt. 50 Hic est autem panis qui de caelo descendit ut si
quis ex ipso manducauerit non moriatur. 51 ego sum panis uiuus
qui de caelo descendit. 52 si quis manducauerit ex hoc panem (!) uiuet
in aeternum et hic panis quem ego dabo caro mea est pro huius
mundi uita. 53 Litigabant ergo iudei ad inuicem dicentes. quo-
modo potest hic nobis carnem suam dare manducare. 54 Ait au-
tem illis ihs̄. amen amen dico uobis nisi manducaueritis carnem
filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in
uobis ipsis. 55 qui manducat meam carnem et bibet meum sangui-
nem habet uitam aeternam et ego resuscitabo eum in nouissima
die. 56 caro mea uere est cibus et sanguis meus uere est potus. 57
Qui manducat meam carnem et biberit meum sanguinem in me
manet et ego in illo. si adciperit homo corpus filii hominis quem-
admodum panem uitae habebit uitam in illo. 58 sicut me misit
pater uiuus et ego uiuo propter patrē et qui manducat me et ipse
uiuet propter me. 59 hic est panis qui de caelo descendit. non sicut
manducauerunt patres uestri mannam in deserto. et mortui sunt.

Qui manducat hunc panem uiuet in aeternum. [60] haec dixit in synagoga docens in chapharnaum.

XIII. [61] Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt. durus est hic sermo et quis potest eum audire. [62] Cognouit autem ihš apud semetipsum quia murmurarent [de hoc] discipuli eius dixit eis hoc uos scandalizat. [63] quid [ergo] cum uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. [64] spš est qui uiuificat nam caro non prodest quidquam. uerba quae ego locutus sum uobis spš et uita est. [65] sed sunt ex uobis quidam qui non credunt. Sciebat enim [ab initio] ihš qui essent non credentes et quis traditurus esset eum. [66] et dicebat propterea dixi uobis quia nemo petest uenire [ad me] nisi datum illi fuerit desursum a patre. [67] Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro et amplius cum illo non ambulabant. [68] Dixit ergo ihš ad duodecim discipulis numquid et uos uultis abire. [69] Respondit ei simon petrus et dixit. dñe ad quem iuimus. uerba uitae aeternae dī habes [70] et nos credimus et cognouimus quia tu es xpš filius dī uiui. [71] Et respondit dixit illis ihš. nonne ego uos duodecim elegi et ex uobis unus diabolus est. [72] dicebat autem de Simone iudas carioth. · hic enim incipiebat tradere eum unus cum esset ex duodecim.

XIV. (c. 7) [1] Post haec autem ambulabat ihš in galilaeam non enim habebant potestatem in iudaeam ambulandi quia querebant eum iudaei interficere. [2] erat autem in proximo dies festus iudaeorum scenopegiae. [3] dixerunt autem ad eum fratres eius. transi hinc et uade in iudaeā ut et discipuli tui uideant opera quae facis [4] nemo quid[em] facit in occulto quid facit quaerit ipse in palam esse si haec facis manifeste teipsum huic mundo. [5] neque enim tunc fratres eius credebant in eum. [6] dicit ergo eis ihš. tempus meum nondum aduenit tempus autem uestrum sēper est paratum. [7] non potest mundus odire uos me autem odit quoniam ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt. [8] uos ascendite ad diem festum [hunc] ego autem non ascendo ad diem festum hunc quia meum tempus nondum inpletum est. [9] Haec cum dixisset illis ipse mansit in galilaeam. [10] ut [autem] ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto. [11] iudaei ergo querebant eum in die festo et dicebant ubi est ille [12] et murmur [multum] de illo erat in turba quidā enim dicebant quia bonus est. alii autē dicebant non sed seducit populum. [13] nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iudaeorum. [14] Iam autem die festo mediante ascendit ihš in templum et docebat. [15] Mirabantur ergo iudaei dicentes quomodo hic litteras nouit cum non didicerit. [16] Respondit illis ihš et

dixit mea doctrina non est [mea] sed eius qui misit me. 17 si quis
uoluerit uoluntatem eius facere cognoscet de doctrina utrum ex
dē est an ego a me ipso loquar. 18 qui a semetipso loquitur glo-
riam suam propriam querit qui autem querit gloriam eius qui mi-
sit eum [hic] uerax est et iniustitia in illo non est. 19 nonne moy-
ses dedit uobis legem [et nemo ex uobis facit legem] 20 quid me
queritis interficere. Respondit turba et dixit demonium habes quis
te querit interficere. 21 Respondit ihs̄ et dixit. unum opus feci
et omnes miramini. 22 propterea moyses dedit uobis circumcisionem
non quia ex moyse est sed ex patribus et in sabbato circumciditis
hominem. 23 si circumcisionem adcipit homo sabbato ut non solua-
tur lex moysi mihi indignamini quia totum hominē sanum feci in
sabbato. 24 nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iu-
dicate. 25 dicebant ergo quidam ex hierosolymis nonne hic est quem
quaerunt occidere. 26 et ecce palam loquitur et nihil [ei] dicunt.
numquid forte uere cognouerunt principes quia hic est xps̄. 27 sed
hunc scimus unde sit. xps̄ autem cum uenerit nemo scit unde sit.
28 clamabat autem in templo [docens] ihs̄ et dicens et me no-
tis et scitis unde sim et a me ipso non ueni sed est uerus qui me
misit quem uos non scitis. 29 ego autem noui illum [quia] ab ipso
sum et ipse me misit. 30 querebant ergo eum adprehendere [et
nemo] misit in illum manus quia nondum uenerat hora eius. 31
De turba autem multi crediderunt in eū et dicebant. xps̄ cū ue-
nerit numquid plura signa faciet quā que hic facit. 32 Audie-
runt pharisaei turbam murmurantem de illo. et miserunt principes
sacerdotum et pharisaei ministros ut adprehenderent illum. 33
Dixit autem ihs̄. adhuc tempus modicum uobiscum sum et uado
ad illum qui misit me. 34 quæretis me et non inuenietis et ubi sum
ego uos non potestis uenire. 35 Dixerunt ergo iudaei ad ipsos
quo hic iturus est quia non inueniemus eum. numquid in disper-
sionem grecorum [gentium] incipit ire et docere eos 36 quis est hic
sermo quem dixit. queretis me et non inuenitis(!) et ubi ego sum
uos non potestis uenire.

XV. 37 In nouissimo autem die illo magno die festi stabat
ihs̄ et clamabat dicens. si quis sitit ueniat ad me et bibat. 38 qui
credit in me sicut dixit scriptura. flumina de uentre eius fluent
aquae uiuae. 39 Hoc autem dicebat de spū quem incipiebat ad-
cipere credentes in eum. nondum autem erat sps̄ datus quia ihs̄
nondum fuerat honorificatus. 40 De turba autem cum audissent hos
sermones eius dicebant hic est uere propheta. 41 alii dicebant hic est
xps̄. quidam autem dicebant. numquid a galilaea xps̄ uenit. 42 nonne
scriptura dicit quia ex semine dauid et a bethlem castello ubi erat

dauid xp̄s uenit. [43] Dissensio autem facta est in turba propter
illum. [44] quidā autem ex illis apprehendere eum uolebant sed nemo
in illum misit manum. [45] Venerunt ergo ministri ad principes
sacerdotum et pharisaeos. et dixerunt eis illi quare non adduxi-
stis eum. [46] Responderunt ministri numquam sic locutus est
quisquam homo [sicut] hic homo. [47] Responderunt eis pharisei.
numquid et uos seducti estis. [48] numquid aliquis ex principibus cre-
didit in eum aut ex phariseis. [49] sed turba haec quæ non nouit le-
gem maledicti sunt. [50] dixit nicodemus ad eos ille qui uenit ad
eum nocte prius qui erat unus ex ipsis. [51] numquid lex nostra iu-
dicat hominē nisi audierit primū ab ipso et cognouerit quid facit.
[52] Responderunt et dixerunt numquid et tu a galilaea es. scrutare
scripturas et uide quia propheta a galilea non surgit. [53] [et reuersi
sunt unusquisque in domum suam].

XVI. (c. 8) [1] Ihs̄ autem ascendit in montem oliueti. [2] et
mane cum factum esset iterum uenit in templo et uniuersus
populus conueniebant ad eum et cum consedisset docebat eos. [3]
scribae autem et pharisaei adducunt ad eum mulierem in moecha-
tionem deprehensam quam cum statuisset in medio. [4] dixerunt ad
ihm̄. magister haec mulier deprehensa est in moechatione [5] in lege
autem præcepit nobis moyses ut qui in a(d)ulterio deprehenditur
lapidetur. tu autem quid dicis de ea. [6] hac edicebant temptantes
eum ut habent causam adcusandi eum. ihs̄ autem inclinato capite
digito scribebat in terram. [7] cum autem interrogarent expectantes
eum quid diceret. et erexit se et dixit eis. quisque uestrum sine
delicto est prior in eam lapidem iactet. [8] et iterum inclinans se de
digito scribebat in terra. [9] illi igitur cum audisset paulatim secede-
bant singuli adcipientes a senioribus omnes recesserunt et relictus
est solus ihs̄. et ecce mulier illa in medio erat. [10] cūque erexisset
se ihs̄ dixit ad eam. mulier ubi sunt qui te perduxerunt. nemo te
lapidauit. [11] et illa respondens dixit nemo dn̄e. dixit autem ei ihs̄.
nec ego te domnabo. ex hoc iam nolite peccare. [12] iterum ergo lo-
cutus est ei ihs̄ dicens ego sum lux mundi qui sequitur me non
ambulat in tenebris sed habebit lumen uitae. [13] dixerunt ergo illi
pharisaei tu de te testimonium perhibes testimonium tuum non
est uerum. [14] respondit ihs̄ dixit eis et si ego testimonium perhi-
beo de meipso uerum est testimonium meum quia scio unde ueni
et quo uado uos autem nescitis unde uenio et quo uado. [15] uos
secundum carnē iudicatis ego iudico neminem [16] et si iudico ego
iudicium meum uerum est quia solus non sum sed ego et qui mi-
sit me pater. [17] et in lege uestra scriptū est quia duorum hominum
testimonium uerum est. [18] ego sum qui testimonium perhibeo de

me ipso et testimonium meum perhibet de me qui misit me pater.
[19] Dicebant ergo ei ubi est pater meus [tuus]. respondit ihs̄ neque
me nostis neque patrem meum scitis si enim me nossetis et pa-
trem meum sciretis. [20] haec uerba locutus est in gazophylacio docens
in templo et nemo adpre(h)endit eum quia necdum uenerat hora eius.
XVII. [21] Dixit ergo iterum ihs̄. ego uado et queretis me
et in peccato uestro moriemini. quo ego uado uos non potestis ue-
nire. [22] Dicebant ergo iudaei. numquid interficiet se ipsum quia
dicit quo ego uado uos non potestis uenire [23] et dicebat [eis] uos
de deorsū estis ego de superioribus sū. uos de hoc mundo estis
ego non sum de hoc mundo. [24] dixi enim uobis quia memoris (!) non
estis in peccatis uestris [si ergo non credideritis quia ego sum mo-
riemini in peccato uestro]. [25] dicebant ergo ei [tu] quis es. dixit eis
ihs̄ prīcipium quod et loquor uobis. [26] multa habeo de uobis loqui
et iudicare sed qui me misit uerax est et ego quæ audiui ab eo
haec loquor in huc (!) mundo. [27] Et non cognouerunt quia patrem
eius dicebat dm̄. [28] dixit ergo eis ihs̄. cum exaltaueritis filium ho-
minis tunc cognoscetis quia ego sū et a me ipso nihil facio sed
sicut docuit me pater haec loquor [29] et qui me misit mecum est
et non reliquit me solum quia ego quae placita sunt ei facio sem-
per. [30] Haec illo loquente multi crediderunt in eum. [31] Dice-
bat ergo ihs̄ ad eos qui crediderunt ei ex iudaeis. si uos manseritis
in uerbo meo uere discipuli mei estis [32] et cognoscetis ueritatem et
ueritas liberabit uos. [33] Responderunt ad eū iudæi dicentes.
semen habrahae sumus et nemini umquam seruiuimus quomodo
tu dicis liberi estis. [34] Respondit eis ihs̄. amen amen dico uobis
quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati [35] seruus autem
non manet in domo in æternum filius manet in æternum [36] si filius
uos liberauerit uere liberi eritis. [37] scio quia semē habrahae estis
sed qæritis me interficere quia sermo meus non capit in uobis.
[38] ego quod uidi aput patrem meum loquor et uos quod uidistis
aput patrem uestrum facitis. [39] Et responderunt ad eum
et dixerunt. pater noster abraham est. Dicit eis ihs̄. si
filii abrahā estis opera abrahā facite. [40] nunc autē quæritis
me interficere ~hominem qui ueritatem locutus est uobis quam
audiui a dō. hoc abraham non fecit. [41] uos facitis opera patris
uestri. Dixerunt ei. non ex prostitutione non sumus nati unum
patrem habemus dm̄. [42] Dixit ergo eis ihs̄. si ds̄ pater uester
esset diligeretis me ego enim ex dō processi et ueni. non enim a
me ipso ueni sed ille me misit. [43] quare meā loquelam non cogno-
scetis quia non potestis audire sermonem meum. [44] Uos ex patre
diabolo estis et desideria patris uestri uultis facere. ille homicida

erat ab initio et in ueritate nō stetit quia non est ueritas in eum.
cum loquitur mendaciū ex propriis loquitur quia mendax est sicut
pater eius. 45 ego quia ueritatem dico non creditis mihi. 46 quis ex
uobis arguet me de peccato. si ueritatem dico uobis quare uos non
creditis mihi. 47 Qui ex dō est uerba dī audit. propterea uos me
non auditis qui non estis ex dō. 48 Responderunt iudaei et dixe-
runt ei. nonne bene dicimus nos quia sam̄aritanus es tu et demo-
nium habes. 49 Respondit ihs̄. ego demonium non habeo sed ho-
norifico patrem meum et uos inhonoratis me. 50 Ego autem non
quero claritatem meam est qui quaerat et iudicet. 51 Amen
amen dico uobis. si quis sermonē meum seruauerit non uidebit
mortē in aeternum. 52 Dixerunt ergo iudaei. nunc cognouimus
quia demonium habes. abraham mortuus est et prophete et tu
dicis si quis sermonem meum serbaberit non gustabit mortem [in
aeternum]. 53 Numquid tu maior es quam abraham qui mortuus
est et prophetae mortui sunt. quem te ipsū facis. 54 Respondit
ihs̄ si ego clarificauero me ipsum claritas mea nihil est. est pater
meus qui carificat me quem uos dicitis quia deus uester est. 55 et
non cognouistis eum ego autem noui eum [et si dixero quia non
scio eum] ero similis uobis mēdax. sed scio eum et sermonem eius
seruo. 56 abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum. ui-
dit et gauisus est. 57 Dixerunt ergo iudaei ad eum quinqua-
ginta annos nondum habes et abraham uidisti. 58 Dixit eis ihs̄.
amen amen dico uobis ante abraham ego sum. 59 Tulerunt ergo
lapides ut iacerent in illum. ihs̄ autem abscondit se et exit de
templo.

XVIII. (c. 9) 1 Et praeteriens ihs̄ uidit hominem caecum
a natiuitate. 2 Et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes.
rabbi quis peccauit hic aut parentes eius ut cecus nasceretur. 3
Respondit ihs̄. neque hic peccauit neque parentes eius sed ut ma-
nifeste(n)tur opera dī in illo. 4 me oportet operari opera eius qui
misit me donec dies est uenit nox quando non potest operari. 5
Cum in hoc mundo sum lux sum huius mundi. 6 Haec cum
dixisset expuit in terram et fecit lutum ex sputo et superunxit
eum luto super oculos eius 7 et dixit ei. uade laua in natatoriā in
siloe quod interpretatur missus. Et abiit et lauit et uenit uidens.
8 Uicini ergo eius qui nouerant eum primus quam (!) mendicus erat
dicebant. nonne hic est qui sedebat et mendicabat alii dicebant hic
est. 9 ali autem dicebant [nequaquam] sed similis est ei. Ille au-
tem dicebat. ego sum. 10 Dicebat ergo ei quomodo ergo aperti sunt
tibi oculi. 11 Respondit ille. homo qui dicitur ihs̄ lutum fecit et
unxit me et dixit mihi uade in [natatoria] siloam et laua oc-

culos tuos. et abii et laui et uidi. 12 Dixerunt ergo ei. ubi est
ille. dicit nescio. 13 Adducunt eum ad pharisaeos qui caecus
fuerat. 14 erat autem sabbatum in qua die lutum fecit ihš et aperuit
oculos eius. 15 Iterum ergo interrogabant eum pharisaei quo-
modo uidisti. Ille autem dixit eis. lutum mihi posuit super ocu-
los et laui et ecce uideo. 16 Dicebant ergo ex pharisaeis quidam
non est hic a dō homo qui sabbatum non custodit. alii dicebant
quomodo potest homo peccator haec facere signa. et schisma erat
in eis. 17 Dicunt ergo illi caeco. quid dicis de eo quod aperuit
oculos tuos. Ille autem dixit quia propheta est. 18 Non crede-
bant iudaei de illo quoniam cæcus fuit et uidet donec uocarentur
parentes 19 et interrogauerunt eos. hic est filius uester quem uos di-
citis quia caecus uatus est quomodo ergo nunc uidit modo. 20
Responderunt parentes eius et dixerunt. scimus quia hic filius nos-
ter est et quoniam caecus natus est 21 quomodo autem uidet nesci-
mus aut quis aperuit oculos nos nescimus. ipsum interrogate aeta-
tem habet ipse pro se loquatur. 22 Haec dixerunt parentes eius
quia timebant iudaeos iam enim decreuerant iudaei ut si quis
confiteretur eum xpm̄ esset extra synagogam. 23 propterea pa-
rentes eius dixerunt quia aetatem habet ipsum interrogate. 24
Uocauerunt ergo hominem iterum qui fuerat caecus et dixerunt ei
da honorem dō. nos scimus quia hic homo peccator est. 25 dixit
ergo ille si peccator est nescio unum scio quia caecus eram et
modo uideo. 26 Dixerunt ergo ei. quid fecit tibi quomodo ape-
ruit oculus tuos. 27 Respondit eis. iam dixi uobis et audistis
quid iterum audire uultis numquid et uos uultis discipuli eius
fieri. 28 Maledixerunt ergo ei et dixerunt. tu discipulus eius est
nos discipuli moysi sumus. 29 nos scimus quia moysi locutus est dš
hunc autem nescimus unde sit. 30 Respondit ille homo et dixit. in
hoc mirabile est quia uos nescitis unde sit et aperuit oculos meos
31 scimus quia peccatores dš nō exaudit sed si quis dī cultor est
et uoluntatem eius facit hunc exaudit 32 a sæculo numquam audi-
tum est quia aperuit quis oculos caeci nati. 33 nisi esset hic a dō
non poterat facere quicquam. 34 Responderunt et dixerunt ei. in
peccatis es totus natus et tu doces nos et eiecerunt eum foras. 35
Audiuit ihš quia eiecerunt eum foras et cum inuenisset illum
foras dixit eí tu credis [in] filium dī. 36 Respondit ille et dixit
quis est dn̄e ut credam in eum 37 et dixit ei ihš et uidisti eum et
qui loq itur tecum ipse est. 38 [at ille ait] credo dn̄e. et [pro-
cidens] adorabit eū. 39 et ait ihš. in iudicium ego in hunc mundum
ueni ut qui non uide[n]t uidea[n]t et qui uident caeci fiant. 40
Et audierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant et dixerunt ei. num-

quid et nos cæci sumus. 41 Dixit eis ihs̄ si caeci essetis non
haberetis peccatum sed dicitis quia uidimus. peccatum uestrum
manet. (c. 10) 1 Amen amen dico uobis qui non introit per
ianuam in cohortem [ouile] ouium sed ascendit aliunde ille fur est et
latro. 2 qui autem introit per ianuam hic pastor est ouium. 3 huic
ostiarius aperit et oues uocem eius audiunt et suas oues uocat
nominatim et producit illas. 4 cum autem oues suas omnes pro-
duxerit ante ipsas uadit et ouiculae eum secuntur quia sciunt uo-
cem eius. 5 alienum autem non secuntur sed fugiunt ab eo quia
nesciunt uocem eius. 6 Hoc prouerbium dixit eis ihs̄. ille autem
non cognouerunt quod loquebatur illis.

XIX. 7 Dixit ergo illis ihs̄. amen amen dico uobis quia
ego sum ianua ouium. 8 omnes quodquod uenerunt fures sunt et
latrones sed nō audierunt eum fures(!) oues meae. 9 Ego sum
ianua. per me si quis introierit saluabitur et introibet et exiet et
pascua inueniet. 10 fur nō uenit nisi ut furetur et occidat et perdat.
ego ueni ut uitam habeant [et abundantius habeant]. 11 ego sū pa-
stor bonus. pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis. 12 mer-
cenarius autem et qui non est pastor cuius nō sunt oues propriae
uidet lupum uenientem et dimittit oues et fugit et lupus rapit et
dispargit oues 13 mercenarius autem fugit quia conducticius est et
non pertinet ad eum de ouibus. 14 Ego sum pastor bonus et
cognosco meas et cognoscent me meae. 15 sicut cognoscit me pater
et ego agnosco patrem et animam meam pono pro ouibus meis. 16
et alias ouiculas habeo quae non sunt de hoc ouili et illas oportet
me adducere et uocem meā audient et fiet unus grex et unus pastor.
17 propterea me pater diligit quia ego pono animam meam ut ite-
rum sumam eā. 18 nemo tollit eam a me sed ego pono eam a me
ipso et potestatē habeo ponendi eam et potestatem habeo sumendi
eam. hoc praeceptum adcepi a patre. 19 dis(sen)sio autem facta est
inter iudaeos propter sermones istos. 20 et dicebant et multi ex ipsis
dæmonium habet et insanit quid eum auditis 21 alii dicebant haec
uerba non sunt dæmonium habentis numquid daemoniū potest
cæcorum oculos aperire.

XX. 22 Facta est autem dedicatio in hierosolimis et hiemps
erat. 23 et ambulabat ihs̄ in porticum salomonis in templo. 24 Cir-
cumdederunt eū iudaei et dicunt ei usquequo animam nostram
tollis. si tu es xps̄ dic nobis palam. 25 respondit eis ihs̄. loquor uo-
bis et non creditis opera quae ego facio in nomine patris mei
haec testimonium perhibent de me 26 sed uos non creditis quia non
estis ex ouibus meis sicut dixi uobis quidē. 27 oues [meae] uocem
meam audiunt et ego cognosco illas et sequuntur me 28 et ego ui-

tam aeternam do eis et non peribunt in eternum et non quisquā
rapit eas de manu mea. 29 Pater quod dedit mihi maius omni-
bus est et nemo potest rapere de manu patris mei. 30 ego et pater
unum sumus. 31 Sustulerunt lapides iudaei ut lapidarent eum.
32 Respondit eis ihš multa opera bona ostēdi uobis ex patre meo
propter quod eorum opus me lapidatis. 33 Responderunt ei iu-
daei de bono opere non te lapidamus sed de blasphemia et quia
tu homo cum sis facis teipsum dm̄. 34 respondit eis ihš nonne scrip-
tum est in lege quia ego dixi dii estis 35 si illos dixit deos ad
quos sermo fiebat dī et non potest solui scriptura 36 quem pater
sanctificauit et misit in hunc mundum uos dicitis quia blasphemas
quia dixi filius dī sum 37 si non facio opera patris mei nolite mihi
credere. 38 quod si facio et non uultis mihi credere operibus credite
et cognoscetis [et credatis] quia in me est pater et ego in eo. 39
Querebant ergo eum adprehendere et exiuit de manibus eorum.
40 Et abiit iterum trans iordanem in eum locum ubi erat ioan-
nes prius baptizans et manebat illic 41 et multi ueniebant ad illum
et dicebant quia iohannes quidem signum fecit nullum. 42 omnia
autem quæ dixit iohannes de hoc uera erant. et multi crediderunt
in eum.

XXI. (c. 11) 1 Erant autem quidam infirmus nomine laza-
rus a betania de castello mariae et marthae sororis eius. 2 maria
autem erat quæ unxit dnm̄ unguento et extersit pedes eius capillis
suis cuius frater lazarus infirmabatur. 3 [miserunt ergo sorores eius
ad eum dicentes domine ecce quem amas infirmatur]. 4 Audiuit
ihš et ait illis. hæc infirmitas non est ad mortem sed pro gloria dī
ut clarificetur filius in ipso. 5 Diligebat ihš lazarum et soro-
rem eius [mariam]. 6 ut ergo audiuit quia infirmabatur tunc quidem
mansit in eodem loco biduo. 7 Deinde post haec dixit discipulis
suis eamus iterum in iudaeam. 8 Dicunt ei discipuli rabbi nunc
quærebant te lapidare iudaei et iterum uadis illuc. 9 Respondit
ihš. nonne duodecim horae sunt diei si quis ambulauerit inter die
non offendit quia lucem huius mundi uidet 10 si quis ambulauerit
in noctē offendit quia lux non est in eo. 11 haec dixit et post haec
dicit eis. lazarus amicus noster dormit sed uado ut a somno sus-
cite(m) eum. 12 Dixerunt ergo ei discipuli. dñe si dormit saluus
erit. 13 dixerat autem ihš de morte eius illi autē putauerunt quia
de dormitione somni diceret. 14 tunc ergo dicit eis ihš manifeste.
lazarus mortuus est 15 et gaudeo propter uos ut credatis quia non
eram ibi sed eamus ad illum. 16 Ait ergo thomas qui dicitur
dydymus ad condiscipulos. eamus et nos [ut] moriamur cum illo.
17 Uenit autem ihš et inuenit eum iam quatriduo habentem in

monumento 18 erat autem bethania iuxta hierosolimam ferea(!) stadiis
quindecim. 19 multi autem ex iudeis uenerant ad martham et ad
mariam ut consolarentur de fratre [suo]. 20 martha ergo ut audiuit
quia ihs̄ uenit occurrit illi maria autem domi sedebat. 21 Dixit
ergo martha ad ihm̄. dm̄e si hic fuisses frater meus non esset
mortuus 22 sed nunc scio [quia] quaecumque petieris a dō dabit
tibi ds̄. 23 Dicit ei ihs̄. resurget frater tuus. 24 Dicit ei mar-
tha. scio quia resurget in resurrectione in nouissima die. 25 Dixit
ei ihs̄ ego sum resurrectio et uita qui credit in me licet moriatur
uiuit 26 et omnis qui uiuit et credit in me non morietur in aeter-
num. credis hoc. 27 Ait illi martha utique dn̄e ego credidi quia
tu es xp̄s filius dī uiui qui in hunc mundū uenisti. 28 et haec cum
dixisset abiit et uocauit mariam sororem suam silentio dicens. ma-
gister adest et uocat te. 29 et illa ut audiuit surgit cito et ueni-
ebat ad illū 30 nondum enim uenerat ihs̄ in castellum sed erat ad-
huc in illo loco ubi occurrit ei martha. 31 iudaei autem qui erant
cum ea in domo qui eam consolabantur uidissent mariam quia
cito surrexit et exiit secuti sunt eam dicentes quia uadet ad mo-
numentum út ploret ibi. 32 maria autem ut uenit ubi erat ihs̄ uidit
eum et cecidit ad pedes eius et dicit ei. dn̄e si esset hic nō es-
set mortuus frater meus. 33 Ihs̄ ergo ut uidit eam plorantem et
iudaeos flentes qui uenerat cum ea infremuit spū et turbabit seip-
sum 34 et dixit ubi posuisti eum. dicunt ei dn̄e ueni et uide. 35 et
lacrimatus est ihs̄. 36 Dixerunt ergo iudaei. ecce quomodo ama-
bat eum. 37 quidam autem dixerunt ex illis. non poterat hic qui
aperuit oculos caeci facere ut hic non moreretur. 38 Ihs̄ ergo
[rursum] fremens in semetipso uenit ad monumentum erat autem
spelūca et lapis superpositus illi. 39 dicit ihs̄ tollite lapidem. Dicit
ei martha. dn̄e iam fetet quadriduum enim habet. 40 Dicit ei
ihs̄ non dixi tibi quia si credideris uidebis claritatem dī. 41 tulerunt
ergo lapidem. ihs̄ autem leuauit oculos suos sursum et dixit. pater
gratias ago tibi quoniam audisti me 42 et ego sciebam quia semper
me audis sed propter turbam circumstantem dixi ut credant quia
tu me misisti. 43 Et cum haec dixisset clamauit uoce magna.
lazare ueni foras. 44 et ille [qui fuerat] mortuus exit ligatus pedes
et manus institis et facies illius orario conligata erat. dicit illis
ihs̄. soluite eum et sinite eum abire. 45 Multi ergo ex iudaeis
qui uenerant ad mariam qui uiderant quae fecit ihs̄ crediderunt
in eum. 46 quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisaeos et dixe-
runt eis quod fecit ihs̄.

XXII. 47 Collegerunt ergo pontifices et pharisaei concilium
et dicebant quid facimus quia hic homo talia signa facit 48 si re-

linquimus sic omnes credunt in eum et uenient romani et tollent
locum nostrum et gentem. [49] Unus autem ex ipsis caiphas cum
esset princeps sacerdotum anni illius dixit eis. uos nescitis quid-
quam [50] neque cogitatis quia expedit uobis ut unus homo moria-
tur pro populo et non tota gens pereat. [51] hoc autem a semetipso
non dicebat sed cum esset pontifex anni illius prophetauit quia
incipit ihs̄ moriens pro gēte mori [52] et non tantum pro gente sed
ut filios dī qui sunt dispersi colligant in unum. [53] ex illa itaque
die cogitauerunt iudaei ut interficerent eum. [54] ihs̄ ergo iam non in
palam ambulabat aput iudeos sed abiit in regionē iuxta desertum
in ciuitatē quae dicitur ephrem et ibi morabatur cum discipulis
suis. [55] Propterea autem erat pascha iudaeorum ascenderunt ergo
multi hierosolymam de regione ante pascha ut sanctificarent seip-
sos. [56] Querebant ergo ihm̄ et conloquebantur ad inuicem in
templo stantes et dicentes et putatis quia nō ueniet ad diem festum.
Dederant autem principes sacerdotum et pharisaei preceptum
ut si quis cognouerit ubi sit ut indicet ut conprehendant eum.
(c. 12). [1] Ihs̄ ergo ante sex dies paschae uenit bethaniā ubi
erat lazarus qui fuit mortuus quē suscitauit ihs̄. [2] fecerū ergo ei
caenam ibi et martha ministrabat et lazarus unus erat ex discum-
bentibus cum eo. [3] Maria ergo adcepit libram unguenti [nardi]
pistici et unxit pedes ihū et extersit capillis suis pedes eius et
domus impleta est ex odore unguenti. [4] et dicit unus ex discipulis
eius iudas simonis iscariot qui incipiebat eum tradere. [5] quare hoc
unguentum non ueniit denaris trecentis et datum est pauperibus.
[6] Dixit autem hoc non quod de pauperibus cura illi esset sed quia
fur erat et loculos habebat et que mittebantur exportabat. [7] Dixit
ergo ihs̄. sinite illam ut in diem sepulture meae seruet illud. [8]
pauperes enim senper habetis uobiscum me autem non senper ha-
betis. [9] Et turba multa ex iudaeis audiuit quia illic est et ue-
nerunt non propter ihm̄ solum sed ut lazarum uidere[n]t quem
suscitauit a mortuis. [10] Cogitauerunt autem principes sacerdotum
ut et lazarū interficere[n]t [11] quia multi iudeorum propter illum
abibant ex iudaeis et credebant in ihm̄.

XXIII. [12] Altera autem die turba multa [quae] uenerat ad
diem festum cum audissent quia uenit ihs̄ in hierosolymā [13] acce-
perunt flores palmarum et exierunt obuiam illi et clamabāt dicentes
osanna benedictus qui uenit in nomine dn̄i rex istrahel. [14] Et
inuenit ihs̄ asellum et sedit super eum sicut scriptum est. [15] noli
timere filia siō ecce rex tuus uenit sedens super pullum asine. [16]
Haec non cognouerunt primum discipuli eius sed quando clarifica-
tus est ihs̄ tunc recordati sunt quia haec erant scripta de illo et

haec fecerunt ei. 17 Testimonium ergo perhibebat turba quae
erat cum eo quia lazarum uocauit de monumento et suscitauit eum
a mortuis. 18 propterea obuiam ei uenit turba quia audierunt quia
hoc fecit signum. 19 Pharisaei autem dixerunt ad semetipsos.
uidetis quia nihil profecit ecce imus populus sequitur post illum.
20 et erant greci quidam [gentiles] ex his qui ascenderant in die
festo ut adorarent. 21 Hi ergo adcesserunt ad philippum qui erat
a betsaida galilaeae et rogabant illum dicentes. dñe uolumus ihm̄
uidere. 22 Uenit philuppus et dicit andreae andreas autem et
philippus iterum dixerunt ad ihm̄. 23 ihs̄ autem respondit eis dicens.
uenit hora ut clarificetur filius hominis. 24 amen amen dico uobis
nisi granum tritici cadens in terrā mortuum fuerit 25 [ipsum solum
manet si autem mortuum fuerit] multum fructum adert. Qui
amat animam suam perdet eam et qui odit animam suam in hoc
mundo in uitam aeternam custodit eam. 26 Si quis mihi mini-
strat sequatur me et ubi sum ego illic et minister meus erit. Si
quis mihi ministrauerit honorificabit eum et pater meus. 27 Nunc
anima mea turbata est ualde et [quid] dicam. pater libera me ex
hac hora. sed ideo ueni in hanc horam. 28 pater clarifica nomen
tuum. Uenit ergo uox de caelo et clarificaui et iterum clarificabo.
29 Turba ergo quae stabat [et audierat] dicebat tonitruum factum
est alii dicebant angelus ei locutus est. 30 respondit ihs̄ et dixit.
non propter me haec uox uenit sed propter uos. 31 Nunc iudi-
cium est mundi nunc princeps [huius] mundi mittetur deorsum
[eicietur foras] 32 et ego cum exaltatus fuero a terra omnia traham
ad me ipsum. 33 Hoc autem dicebat significans qua morte esset
moriturus. 34 Respondit ei turba. nos audiuimus ex lege quia xps̄
manet in aeternum et quomodo tu dicis quia oportet exaltari filium
hominis quis est hic filius hominis. 35 Dixit ergo eis ihs̄. adhuc modi-
cum tempus lux est in uobis. ambulate dum lucem habetis ut non
tenebrae uos comprehendant et qui ambulat in tenebris nescit quo
uadat. 36 dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis sitis.
Haec locutus est ihs̄ et abiit et abscondit se ab eis.

XXIV. 37 Cum autem tanta signa fecissit corā eis non
credebant ei [in eum] 38 ut sermo esaiae profetae inpleretur quem
dixit. dñe quis credidit auditui nostro et brachium dm̄i cui reuela-
tum est. 39 Propterea non poterant credere quia iterum dixit esaias.
40 excæcauit oculos eorum et indurauit cor eorum ut non uideant
oculis et non corde intelligant et conuertantur et sanem eos. 41 Haec
dixit esaias quando uidit maiestatem eius et locutus est de eo. 42 in-
terim tamen ex principibus multi crediderunt in illum sed propter
pharisaeos non confitebantur ut non de synagoga eiicerentur

[43] dilexerunt enim gloriam hominum magis quam dī. [44] ihs̄ autem cla-
mauit et dicebat. qui credit in me non credit in me sed in eum
qui me misit. [45] et qui uidet me uidet eum qui me misit. [46] ego
lux in hunc mundum ueni ut omnis qui credit in me in tenebris
non maneat. [47] et si quis audierit uerba mea et non custodierit
ego non iudico eum non enim ueni ut iudicem mundum [sed ut
saluificem mundum]. [48] qui spernit me et non adcepit uerba mea
habet qui iudicet eum. sermo quem locutus sum ille iudicabit eum
in nouissima die. [49] quia ego ex me ipso non sum locutus sed qui
misit me pater ipse mihi preceptum dedit quid dicam et quid
loquar. [50] et scio quia praeceptum eius uita aeterna est. itaque quae
ego loquor sicut dixit mihi pater hæc loquor. (c. 13) [1] Ante
diem festum paschae sciens ihs̄ quia uenit hora eius ut transiret
de hoc mūdo ad patrem cum dilexisset suos qui erant in hoc
mundo usque in finem dilexit eos.

XXV. [2] Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor iudas
simonis iscariotae ut traderet eum [3] sciens quia omnia dedit ei pa-
ter in manus et quia a dō exiuit et ad dm̄ uadit [4] surgit a cena
et ponit uestimenta [sua] et cum adcepisset linteum præcinxit se.
[5] deinde misit aquā in peluem et coepit lauare pedes discipulorum
et extergere de linteam quo praecinctus erat. [6] uenit autem ad si-
monem petrum. et dicit ei ille dn̄e. tu mihi lauas pedes. [7] Re-
spondit ihs̄ et dixit ei quod ego facio tu nescis modo cognoscis
postea. [8] Dicit ei petrus non lauabis mihi pedes in aeternum.
Respondit illi ihs̄. si non lauero te non habebis partem mecum. [9]
dicit ei simon petrus. dn̄e non tantum pedes sed et iam manus et
caput. [10] dicit ei ihs̄ qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet
sed est mundus totus. et uos mundi estis sed non omnes. [11] scie-
bat enim quidnam esset qui traditurus erat eum propterea dixit
non estis mūdi omnes. [12] Et postquam lauit pedes eorum [et] ac-
cepit uestimenta sua et cum iterum recubuisset dicit eis. scitis quid
fecerim uobis. [13] Uos uocatis me magister et dn̄e et bene dici-
tis sum enim. [14] si igitur ego magister et dn̄s laui pedes uestros
quanto magis et uos debetis alter alterius pedes lauare. [15] exemplum
enim dedi uobis ut quemadmodum ego feci uobis etiam et uos
faciatis. [16] Amen amen dico uobis non est seruus maior dn̄o suo
neque apostolus maior illo qui misit eum. [17] si haec scitis beati
eritis si feceritis ea. [18] Non de omnibus uobis dico ego scio quos
elegerim sed ut inpleatur scriptura qui manducat mecum panem
leuauit super me calcaneum suum. [19] Amodo dico uobis prius-
quam fiat ut cum factum fuerit quia ego sum. [20] Amen amen

dico uobis qui adcepit eum quem misero me adcepit qui autem
me adcepit adcepit eum qui me misit.
XXVI. 21 Haec cum dixisset ihs̄ turbatus est in spū et
protestatus est et dixit. amen amen dico uobis quia unus ex uobis
tradet me. 22 Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli haesitantes
de quo diceret. 23 erat autem recumbens unus ex discipulis eius in
sinu ihū quem diligebat ihs̄ ualdae. 24 innuit ergo ei simon petrus
et dicit ei. interroga quis est [de quo dicit]. 25 Recumbens au-
tem ille super pectus ihū dicit ei. dn̄e quis est. 26 Respondit
ihs̄. ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxis-
set panem dedit iudae simonis iscariotae. 27 et post buccellam in-
troiuit in illum satanas. Dicit ergo ei ihs̄. quod facis fac celerius.
28 hoc autem nemo discūbentium sciuit ad quid dixerit ei. 29 qui-
dam enim putabant quia loculos habebat iudas quia dicit illi ihs̄.
eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum aut egenis ut ali-
quid daret. 30 Cum ergo adcipisset panem exiuit continuo. erat
autem nox. 31 cum ergo exisset dicit ihs̄. nunc clarificatus est filius
hominis et ds̄ clarificatus est in eo. 32 si ds̄ clarificatus [est in] eo
et ds̄ clarificauit eum in semetipso et continuo clarificauit eum.
XXVII. 33 Filioli adhuc modicum uobiscum sum et quere-
tis me et sicut dixi iudaeis quo ego uado uos non potestis uenire
et uobis dico modo. 34 preceptum nouum do uobis ut diligatis inui-
cem sicut dilexi uos [ut et uos] diligatis inuicem. 35 In hoc cog-
noscent omnes quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad
inuicem. 36 dicit ei simon petrus dn̄e quo uadis. Respondit ihs̄.
quo ego uado non potes me modo sequi sequeris autem postea. 37
Dicit ei petrus. dn̄e quare non possum te sequi animam meam pro
te ponam. 38 Respondit ei ihs̄. animam tuam pro me pones. amen
amen dico tibi non cantauit gallus donec tu me ter neges. (c. 14).
1 Non turbetur cor uestrum. creditis in dm̄ et in me credite. 2
In domo patris mei mansiones multae sunt si quo minus dixissem
uobis quia uado parare uobis locum. 3 et si abiero et preparauero
uobis locum iterum uenio et adcersio [accipiam] uos ad me ipsum
ut ubi sum ego et uos sitis. 4 et quo uado scitis et uiam nostis. 5
Dicit ei thomas dn̄e nescimus quo uadis et quomodo possumus
uiam scire. 6 Dicit ei ihs̄ ego sum uiam et ueritas et uita nemo
uenit ad patrem nisi per me. 7 si cognouistis me et patrem meum
cognouistis et amodo nostis eum et uidistis eum. 8 Dicit ei phi-
lippus. dn̄e ostende nobis patrem et sufficit nobis. 9 Dicit ei ihs̄.
tantum tēporis uobiscum sum et non cognouistis me philippe qui
uidet me uidet et patrem. quomodo tu dicis ostende nobis patrem
10 non creditis quia ego in patrem et pater in me est. uerba que

ego loquor uobis a me ipso non loquor. pater autem in me manet
et ipse loquitur opera quae facio ipse facit. [11] credite quia ego in
patrem et pater in me [est] [12] alioquin propter opera ipsa credite
mihi. Amen amen dico uobis qui credit in me opera quae ego
facio etiam ipse faciet et maiora eorum faciet quia ego ad patrem
uado. [13] et quodcumque petieritis in nomine meo ego faciam ut cla-
rificetur pater in filio. [14] et si quid petieritis a patre meo in no-
mine meo ego faciam. [15] Si diligitis me precepta mea custodite.

XXVIII. [16] et ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit
uobis ut uobiscum sit in eternum. [17] spm̄ ueritatis quem mundus
non potest adcipere quia non uidet eum nec cognoscit eum uos
autem nostis eum quia aput uos manebit et in uobiscum est. [18]
non relinquam orfanos uos uenio ad uos. [19] Adhuc modicum et
mundus me iam non uidet. uos autem uidetis me quia ego uiuo
et uos uiuetis. [20] in illo die cognoscetis uos quia ego in patre meo
et uos in me et ego in uobis. [21] Qui habet precepta mea et
seruat ea ille est qui diligit me. [qui autem diligit me] diligetur
a patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum. [22]
Ait ei iudas non ille iscarioth sed alius. dn̄e quid factum est quia
nobis incipis manifestare teipsum et non huic mundo. [23] Respon-
dit ihs̄ et dicit ei. si quis diligit me sermonem meum seruabit et
pater meus diligit eum et ad eum ueniemus et aput eum mansio-
nem faciemus. [24] Qui non diligit me sermones meos non seruat.
sermonem quem audistis meus non est sed eius qui me misit pa-
tris. [25] Haec locutus sum uobis aput uos manens. [26] paraclitus
autem ille sps̄ sanctus quem mittet pater in nomine meo ille uos
docebit omnia et suggeret uobis omnia quaequmque dixero. [27]
Pacem meam relinquo uobis pacem meam do uobis non quomodo
hic mundus dat ego do uobis. non conturbetur cor uestrum neque
formidet. [28] Audistis quia dixi uobis uado et uenio ad uos si
diligeretis me gauderitis [utique] quia uado ad patrem quia pater
maior me est. [29] nunc dixi [uobis] quoniam ante quam fiat ut cum
factum fuerit credatis. [30] iam non uobis multa loquar uenit enim
princeps huius mundi et in me non habet quicquam. [31] sed ut cog-
noscat hic mundus quia diligo patrem et sicut praeceptum dedit
mihi pater sic facio. surgite eamus hinc.

XXIX. (c. 15) [1] Ego sum uitis uera et pater meus agri-
cola est. [2] omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum
et omnem qui adfert fructum purgabit eum ut fructum plurimum
adferat. [3] iam uos mūdi estis propter sermonem quem locutus sum
uobis. [4] manete in me et ego in uobis. Sicut palmes non potest
ferre fructum a se nisi manserit in uitae sic et qui in me non

manet. 5 Ego sum uitis et uos palmites qui manet in me et ego
in illo hic adfert fructum copiosum quia sine me nihil potestis fa-
cere. 6 si quis in me nō manserit precisus est sicut palmes et mis-
sus est foras et aruit et colligent eum et in ignē mittunt et ar-
dent. 7 Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint
quodcumque uolueritis petites (!) et fiet uobis. 8 in hoc clarificatus est
pater meus ut fructum plurimum faciatis et efficiamini mei disci-
puli. 9 sicut dilexit me pater et ego uos dilexi. manete in delec-
tione (!) mea. 10 si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione
mea sicut et ego patris [mei] præcepta seruabi et maneo in eius
dilectionem. 11 Haec locutus sum uobis ut gaudium meum in
uobis sit et gaudium uestrum inpleatur. 12 hoc est præceptum meum
ut diligatis inuicem qua dilectione dilexi uos [sicut dilexi uos]. 13
maiorē hac dilectionem nemo habet ut animam suam pro amicis suis
ponat. 14 Uos amici mei estis si feceritis quae ego praecipio uobis.
15 iam non dico uos seruos quia seruus nescit quid faciat dm̄s eius.
uos autem dixi amicos quia omnia quaecumque audiui a patre meo
nota feci uobis. 16 Non uos me elegistis sed ego elegi uos et
posui uos ut estis et fructificetis et fructus uester maneat ut quod-
cumque petieritis patrē in nomine meo det uobis. 17 Haec
mando uobis ut diligatis inuicem. 18 si mundus uos odit scitote
quia me priorē [uobis] odio habuit. 19 si de mundo fuissetis mun-
dus quod suum erat diligeret quia autem non estis de hoc mundo
sed ego elegi uos de mundo proptera odit uos mundus. 20 memen-
tote sermones [mei] quem ego dixi uobis non est seruus maior
dn̄o suo. si me persecuti sunt et uos persequentur si sermonem
meum seruauerunt et uestrum seruabunt. 21 Sed haec omnia fa-
ciant circa uos [uobis] propter nomen meum quia nesciunt eum
qui me misit. 22 si non uenissem et locutus eis fuissem peccatū non
haberent nunc autem excusationē non habent de peccato [suo]. 23
Qui me odit et patrem meum odit. 24 si opera non feci in illis
quæ nemo alius fecit peccatum non habent. nunc autem et uide-
runt et oderunt me et patrem meum. 25 sed ut adinpleatur sermo
qui in lege eorum scriptum est quia odio habuerunt me gratis. 26
Cum ergo uenerit paraclitus quem ego mitto uobis a patre meo
spm̄ ueritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de
me 27 et uos testimonium perhibebitis de me quia ab initio mecum
estis.

XXX. (c. 16) 1 Haec locutus sum uobis ut non scandali-
zemini. 2 extra synagogam fecerunt uos sed uenit hora ut omnis
qui interfecerit uos arbitretur se obsequium dō praestare. 3 Sed
haec facient uobis quia non nouerunt patrem neque me. 4 haec

autem locutus sum uobis ut cum uenerit hora reminiscamini eo-
rum quia ego dixi uobis. 5 haec autem uobis ab initio non dixi uo-
biscum quia eram. Nunc autem uado ad eum qui misit me et
nemo ex uobis interrogat me quo uadis 6 sed quia haec locutus
sum uobis tristitia impleuit cor uestrum. 7 sed ego ueritatem dico
uobis expedit uobis ut ego uadam sed non abiero ego paraclitus
non ueniet ad uos si autem habiero (!) mittam eum ad uos. 8 et cum
aduenerit ille arguet mundū de peccato et de iustitia et de iu-
dicio. 9 de peccato quidem quia non crediderunt in me 10 de iusti-
tia uero quia ad patrem uado et iam non uidebitis me 11 de iudicio
autem quia princeps huius mundi iudicatum est. 12 Adhuc multa
habeo uobis dicere sed nō potestis modo portare. 13 Cum enī
uenerit ille spš ueritatis deducet uos in omni ueritate non enim
loquetur a semetipso. Sed quaecumque audierit loquetur quae
uentura sunt adnunciauit uobis. 14 ille me clarificauit quia de meo
accipiet et adnunciauit uobis. 15 omnia quæcumque habet pater mea
sunt. propterea dixi uobis quia de meo adcipiet et adnunciauit
uobis. 16 modicum et iam non uidebitis me et iterum modicum et
uidebitis me [quia uado ad patrem]. 17 dixerunt ergo discipuli eius
ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis. modicum et non uide-
bitis me et iterū modicum et uidebitis me et quia eo ad patrem
18 dicebant igitur quid est hoc [quod dicit]. modicum nescimus quid
loquitur. 19 Et cognouit ihš quia incipiebat eum interrogare et
dixit ad illos de hoc quaeritis ad inuicem quia dixi modicum et
non uidebitis me et iterum modicum et uidebitis me 20 Amen
amen dico uobis quoniam uos flebitis et lugebitis mundus autem
gaudebit uos [autem] contrista(bi)mini sed tristitia uestra in gau-
dium ueniet. 21 Mulier cum parit tristitiā habet et quia uenit
dies eius cum autem pepererit puerum iam non meminit pressurae
propter gaudium quia natus est homo in hunc mundum. 22 Et
uos nunc quidem tristitiam habetis iterum autem uidebo uos et
gaudebit cor uestrum et gaudium uestrum nemo auferet a uobis.
23 et in illa die nemo interrogabitis quidquam. Amen amen dico
uobis si quid petieritis a patre in nomine meo dabit uobis. 24
usquemodo non petistis quidquam in nomine meo petite et ad-
cipietis ut gaudium uestrum sit inpletum. 25 Haec locutus sum
in prouerbiis uobis. ueniet hora cum iam non in prouerbiis loquar
uobis sed palam de patre adnūciabo uobis 26 in illo die in nomine
meo petetis et non dico uobis quia ego rogabo patrem propter
uos. 27 ipse enim pater amat uos quia uos me amastis et creditis
quia ego a dō exiui. 28 [exiui a patre] et ueni in hunc mundum
iterum relinquo mundum et uado ad patrem. 29 Dicunt ei

disc ipuli eius ecce nunc palam loqueris et prouerbium nullum dicis [30] nunc scimns quia omnia nostis et non opus est tibi ut aliquis te interroget in hoc dixi uobis quia a dō existi. [31] Respondit ihs̄ modo creditis. [32] uenit hora et iam uenit ut dispargamini unusquisque iu sua et me solum relinquatis et non sum solus quia pater mecum est. [33] Haec locutus sum uobis ut in me pacem habeatis. in hoc autem mundo pressuram habebitis sed gaudete quoniam ego uici mundum.

XXXI. (c. 17) [1] Haec locutus est ihs̄ et leuauit oculos suos in caelum et dixit. pater uenit hora clarifica filium tuum ut filius [tuus] clarificet te [2] sicut dedisti ei potestatem uniuersae carnis ut omne quod dedisti ei det illis uitam aeternam. [3] Haec est autem uita aeternam ut (!) cognoscant te solum dm̄ [uerum] et quem misisti ihm̄ xpm̄. [4] Ego te clarificaui super terram opere consummato quod dedisti mihi ut faciam [5] et nunc clarifica me tu pater aput temetipsum claritate quam habui prius quam mundus esset aput te. [6] Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo tui erant et mihi dedisti eos et sermonem tuum seruatet (!) [7] nunc cognoui quia omnia quaecumque dedisti mihi abs te sunt [8] quia uerba quae dedisti mihi dedi eis et ipsi adceperunt et cognouerunt quia a te [uere] exierunt et crediderunt quia tu me misisti. [9] ego rogo pro eis non pro mundo rogo sed pro his quos mihi dedisti quia tui sunt [10] et mea omnia tua sunt et tua mea [sunt] et clarificatus sum in eis [11] et iam non sum in mundo et hi in hoc mundo sunt et ego ad te uenio.

XXXII. Pater sancte conserua eos in nomine tuo [quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos]. [12] cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo. quos dedisti mihi custodiui et nemo ex ipsis periit nisi filius perditionis ut scriptura inpleatur. [13] nunc autem ad te uenio et haec loquor in hoc mundo ut habeant gaudium meum inpletum in semetipsis. [14] ego dedi eis sermonem tuum et mundus eos odio habuit eos quia non sunt de mundo sicut ego non sum de mundo. [15] non rogo ut tollas eos de hoc mundo sed ut serues eos a malo. — —

(c. 18) [9] — — (implere)tur scriptura quem dixit quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quicquam. [10] Simon igitur petrus habens gladium eduxit eum et percussit seruum principis sacerdotum et abscidit dexteram auriculam eius. erat autem seruo illi malchus nomen. [11] Dixit ergo ihs̄ petro mitte. gladium in uaginam suam. calicem quem dedit mihi pater nonne bibam illum [12] cohors igitur et tribunus et ministri iudeorum conprehenderunt ihm̄ et ad-

ligauerunt eum 13 et adduxerunt eum ad annam primum. erat enim
socer caiphae qui erat pontifex anni illius. 14 erat autem caiphas qui
consilium dedit iudaeis quia expedit unum hominem mori pro po-
pulo. 15 Sequebantur autem ihm̄ simon petrus et alius discipu-
lus. discipulus autem ille notus erat pontifici et simul introiuit
cum ihū in atrium pontificis. 16 petrus uero stabat foris ad ianuam.
Exiuit ergo discipulus ille alius qui erat notus pontifici et dixit
ostiariae et introduxit petrum. 17 dicit ergo illa ancilla ostiaria petro
numquid et tu ex discipulis es hominis huius. et ait non sum. 18
Stabant serui et ministri ad carbones quia frigus erat [et calefa-
ciebant se] erat autem et petrus stans et calefaciens se. 19 pontifex
ergo interrogabat ihm̄ de discipulis eius et de doctrina eius. 20
Respondit ei ihs̄ ego palam locutus sum mundo ego semper docui
in synagoga et in templo quo omnes iudaei conueniunt et in oc-
culto locutus sum nihil. 21 quid me interrogas interroga eos qui
audierunt quid locutus sum ipsis ecce hi sciunt quae dixerim ego.
22 Haec autem cum dixisset unus adstans ex ministris dedit pal-
mam ihs̄ dicens. sic respondis principi sacerdotum. 23 Respondit
ei ihs̄. si male locutus sum testimonium perhibe de malo si autem
bene quid me cedis. 24 Misit ergo eum annas uinctum ad cai-
pham pontificem. 25 Erat autem simon petrus stans et calefaci-
ens se. dixerunt ergo ei numquid et tu ex discipulis eius est. ne-
gauit ille et dixit non sum. 26 Dicit ei unus ex seruis pontifi-
cis cognatus eius cuius abscidit petrus auriculam nonne ego te
uidi in horto cum illo. 27 Iterum ergo petrus negauit et statim
gallus cantauit. 28 Adducunt ergo ihm̄ ad caipham in prætorium
erat autē mane et ipsi non introierunt in prætoriū ne pollueren-
tur sed ut manducare(n)t pascha. 29 Exiuit ergo ad eos pilatus
foras et dixi quā adcusationem adfertis aduersus hominē hunc. 30
Responderunt et dixerunt ei. si non esset hic malefactor non tibi tra-
didissemus eum. 31 Dixit ergo eis pilatus. accipite eum et se-
cundum legem uestram iudicate illum. Dixerunt ergo ei iudaei.
nobis non licet quemquam occidere. 32 ut sermo ihū impleatur quem
dixit significans qua morte esset moriturus. 33 Introiuit ergo
iterum in pretorium pilatus et uocauit ihm̄ et dixit illi. tu es rex
iudaeorum. 34 Et respondit ihs̄ a temetipso hoc dicis an alii
tibi dixerunt de me. 35 Respondit pilatus. numquid ego iudaeus
sum gens tua et princeps sacerdotum tradiderunt te mihi quid fe-
cisti. 36 Respondit ihs̄. regnū meum non est de hoc mundo si
de hoc mundo esset regnum meum ministri mei utique decerta-
re(n)t et non tradere(r) iudaeis nunc autem regnum meum non est
hinc. 37 Dixit itaque ei pilatus. ergo rex es tu. Respondit ihs̄.

tu dicis quia rex sum ego. ego ad hoc natus sum ego et ad hoc
ueni in hunc mundum ut testimonium perhibea(m) ueritati omnis
qui est ex ueritate audit uocem meā. 38 dicit ei pilatus. quid est
ueritas. et cum hoc dixisset iterum exiit ad iudaeos et dicit eis.
ego nullam inuenio in eo causam. 39 est autem consuetudo uobis
ut unum dimittam [uobis] in pascha uultis ergo dimittam uobis re-
gem iudaeorum. 40 Exclamauerunt ergo rursum omnes. non
hunc sed rabbi barabbam. erat autem barabbas latro. (c. 19) 1
Tunc ergo adprehendit pilatus ihm̄ et flagellauit. 2 et milites orna-
tam coronam ex spinis inposuerunt capiti eius et uestem purpu-
ream induerunt eum. 3 et ueniebant ad illum et dicebant. habe rex
iudeorum et dabant ei palmas. 4 exiuit ergo pilatus foras et dicit
eis. ecce adduco illum uobis foras ut cognoscatis quia in eo causam
non inuenio. 5 exiit ergo foras habens spineam coronam et purpu-
reū uestimentum [et dicit eis ecce homo]. 6 cum ergo uidissent eum
principes sacerdotum et ministri clamabant crucifige eum crucifige
eum. Dicit eis pilatus. adcipite eum uos et crucifigite ego enim non
inuenio in eo causam. 7 Responderunt ei iudaei. nos legem habemus
et secundū legem debet mori quia filium dī se fecit. 8 Cum ergo
audisset pilatus hunc sermonem magis timuit. 9 Et introiuit ite-
rum in prætorium et dicit ad ihm̄. unde es tu. ad ihs̄ non respon-
dit. 10 dicit ergo ei pilatus. mihi non loqueris nescis quia potesta-
tem habeo crucifigendi te et potestatem habeo dimittendi te. 11 re-
spondit ihs̄ et dixit non haberes potestatem ullam aduersum
me nisi data tibi esset desursum. propterea qui tradidit me tibi
maius peccatum habet. 12 Exinde pilatus quaerebat dimittere
eum. Iudaei autem clamabant dicentes si hunc dimittis non es
amicus caesaris omnis qui regem facit se contradicit cæsari. 13
Ergo cum audisset pilatus hos sermones produxit foras ihm̄ et se-
dit pro tribunali in loco qui dicitur lythrostrotos ebraice autem
genetha. 14 Erat autem præparatio paschae hora quasi sexta et
ait iudaeis ecce rex uester. 15 Ad illi exclamauerunt. tolle tolle
crucifige eum. Ait illis pilatus. regem uestrum crucifigam. Res-
ponderunt principes sacerdotum non habemus regem nisi caesarem.
XXXIIII. 16 Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur.
Susceperunt ergo ihm̄ [et eduxerunt]. 17 et baiulans sibi crucem
eius et uenit in locum qui dicitur caluariae quod adpellatur he-
braicae golgotha 18 ubi crucifixerunt eum et cum eo alios duos hinc
atque illinc medium autem ihm̄. 19 Scripsit autem et titulum
pilatus et posuit supra crucem. erat autem scriptum ihs̄ nazareus
rex iudaeorum. 20 hunc titulum multi legerunt iudaeorum quia
prope ciuitatē erat locus ubi crucifixus est ihs̄ et erat scriptum

hebraice latine et graecae. 21 Dicebant ergo pilato principes sa-
cerdotum. noli scribere rex iudeorum sed quia ille dixit rex sū
iudeorum. 22 Respondit pilatus quod scripsi scripsi. 23 milites
ergo cum crucifixissent eum adceperunt uestimenta eius et fece-
runt quatuor partes unicuique militi patrem [et tunicam]. Tunica
autem qui erat contexta de superiore per totum nō erat consu-
tilis. 24 dixerunt ergo ad alterutrum non scīdamus eam sed sortia-
mur de illa cuius sit. ut scriptura inpleatur [dicens] diuiserunt sibi
uestimenta mea et super uestimentum meum miserunt sortem. Et
milites quidem haec fecerunt. 25 Stabant autem iuxta crucem
ihū mater eius et soror matris eius maria cleophae et maria mag-
dalene. 26 Cum uidisset autem ihs̄ matrem et discipulum ad-
stantē quem diligebat ait matri suae. mulier ecce filius tuus. 27
deinde dicit discipulo ecce mater tua. et ex illa hora adcepit illam
discipulus in sua. 28 Postea ihs̄ sciens quoniam omnia consum-
mata sunt ut scriptura inpleatur ait. sitio. 29 Et uas positum
erat aceto plenum. spongiam ergo plenam erat eceto perticae cir-
cumponentes obtulerunt ori eius. 30 Cum ergo adcepisset ihs̄
acetum dixit consummatum est. et inclinato capite tradidit spm̄.
31 iudaei ergo quoniam parasceue [erat] ne remaneret in cruce cor-
pora in sabbato erat enim magnus dies ille sabbati rogauerunt pi-
latum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. 32 Uenerunt
ergo milites et illius quidem primi fregerunt crura et alterius si-
mul qui crusifixus erat cum eo. 33 ad ihm̄ autem cum uenissent
ut uidissent eum mortuum non fregerunt ei crura. 34 sed unum (!) mi-
litum lancea latus eius percussit et exiuit continuo sanguis et
aqua. 35 Et qui uidit testimonium perhibuit et uerum est testi-
monium eius. et ille scit quia uera dicit ut et uos credatis. 36
facta sunt enim haec ut scriptura adinpleatur. os non confringetis
ab eo. 37 et iterum alia scriptura. uidebunt in quem conpunxerunt.
38 Post haec rogauit pilatum ioseph ab arimathia qui erat disci-
pulus ihū occulte autem propter metum iudaeorum ut tolleret cor-
pus ihū. Et permisit pilatus. uenerunt ergo et tulerunt eum. 39
Uenit ergo nicodemus qui primum uenerat ad ihm̄ nocte ferens
mixturam murrae et aloes quasi libras centum. 40 acceperunt ergo
corpus ihū et ligauerunt eum [linteis] cum aromatibus sicut con-
suetudo iudaeis sepelire. 41 Erat autem in loco ubi crucifixus est
hortus et in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam
positus erat. 42 ibi ergo propter parasceuen quia iuxta erat monu-
mentum posuerunt ihm̄.

XXXV. (c. 20) 1 Una autem sabbati maria magdalene ue-
nit mane cum adhuc tenebrae essent ad monumētum et uidit

lapidem sublatum a monumento. 2 cucurrit ergo et uenit ad simo-
nem petrum et ad alium discipulum quem dilegebat ihs̄ et dicit
eis. tulerunt dom̄ de monumento et nescimus ubi posuerunt eum.
3 exiuit ergo petrus et ille alius discipulus et ueniebant ad monu-
mentum. 4 currebat autem ipsi duo simul ille autem alius discipu-
lus præcucurrit citius petro et uenit prior ad monumentum. 5 et
cum se inclinasset et prospexisset uidit posita linteamina non ta-
men introiuit. 6 uenit ergo simon petrus sequens eum et introiuit
in monumentum et uidit linteamina posita 7 et sudarium quod erat
super caput eius non cum linteaminibus erat positum sed separa-
tim inuolutum in unum locum. 8 Tunc ergo introiuit et ille di-
scipulus qui uenerat prior ad monumentum et uidit et credidit 9
non enim sciebat scripturam quia oportebat eum resurgere a mor-
tuis. 10 Abierunt ergo iterum aput se discipuli [ad semetipsos].
11 Maria autem stabat ad monumentum [foris] plorans ut ergo
plorauit inclinauit se et prospexit in monumentum 12 et uidet (!) duos
angelos in albis sedentes unum ad caput et unū ad pedes ubi po-
situm erat corpus ihū. 13 Dicit ei illi. mulier quid ploras. Di-
cit eis quoniam tulerunt dom̄ meum et nescio ubi posuerunt eum.
14 Haec cum dixisset conuersa est retrorsum et uidit ihm̄ stan-
tem et non sciebat quia ihs̄ est. 15 dicit ei ihs̄. mulier quid ploras
quem quaeris. illa existimans quia ortulanus esset dicit ei. dn̄e si
tu sustulisti eum dic mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam.
16 dicit ei ihs̄ maria. et conuersa illa dicit hebraicae ei rabboni
quod interpretatur magister dn̄e. 17 Dicit ei ihs̄. noli me tan-
gere nondum enī ascendi ad patrem meum. Uade autem ad fra-
tres meos et dic illis. ascendo ad patrem meum et patrem uestrum
dm̄ meum et dm̄ uestrum. 18 et uenit maria magdalene adnuncians
discipulis quia uidi dom̄ et haec dixit mihi. 19 Cum ergo sero
esset die illo una sabbatorum et ianuae essent clusae ubi erant di-
scipuli collecti propter metum iudeorum uenit ihs̄ et stetit in me-
dio et ait eis. Pax uobis. 20 et cum hoc dixisset ostendit eis ma-
nus et latus. et gauisi sunt ergo discipuli uiso dm̄o. 21 Dixi
ergo eis ihs̄ iterum. pax uobis. sicut misit me pater et ego mitto
uos. 22 Haec cum dixisset insufflabit et ait illis adcipite
spm̄ scm̄. quorum remiseritis peccata remittun(tur). — —

(c. 21) 8 — — sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.
9 Ut ergo descenderunt in terram uiderunt carbones incensos et
piscem et panem superpositum. 10 Dicit eis ihs̄. adferte de pi-
scibus quos nunc cepistis. 11 Ascendit simon petrus et traxit
retem in terram plenum piscibus magnis centum quinquaginta
tribus. et cum tanti essent non est scissum rete. 12 Dicit eis

ihs̄ uenite prandite. Nemo tamen audebat disc(umb)entium interro-
gare eum tu quis es scientes quia est dn̄s. 13 Uenit ergo ihs̄ et acci-
pit panem et dat eis et piscem similiter. 14 hoc iam tertio manife-
status est ihs̄ discipulis suis cum resurrexisset a mortuis. 15 cum
ergo prandisset dicit ihs̄ simoni petro. simon ioannis diligis me
[plus his]. Dicit ei etiam dn̄e tu scis quia amo te. dicit ei pasce
agnos meos. 16 Ait illi iterum simon iohannis diligis me. Dicit
illi etiam dn̄e tu scis quia diligo te. ait illi pasce oues meas. 17
dicit ei tertio simon iohannis amas me. Contristatus est petrus
quia dixit ei tertio. amas me et ait dn̄e omnia tu scis tu nosti
quia amo te. dixit ei pasce oues meas. 18 Amen amen dico tibi
cum esses iuuenior præcingebas te et ambulabas quo uolebas cum
autem senueris extendes manus tuas et alius te præcinguet ducet
quo tu non uis. 19 hoc autem dixit significans qua morte clarifica-
turus esset dm̄. et hoc cum dixisset dicit ei sequere me. 20 Et
conuersus petrus uidit illum discipulum quem diligebat ihs̄ [se-
quentem] et qui et recubuerat in cenam super pectus eius et dixe-
rat. dn̄e quis est qui tradet te 21 hunc ergo cum uidisset petrus
dicit ad ihm̄ dm̄e hic autem quid. 22 Dicit ei ihs̄ si sic uolo
eum manere donec uenio quid ad te. tu me sequere. 23 Exiit
ergo hic sermo aput fratres quia discipulus ille non moritur. et
non dixit illi ihs̄. non moritur sed uolo manere eum donec uenio
quid ad te. 24 Hic est discipulus qui testimonium perhibet de
his et quia scripsit haec et scimus quia uerum est testimonium
eius. 25 Et alia autem multa quae fecit ihs̄ quae si scriberen-
tur per singula nec ipsum arbitror mundum capere eos libros qui
scriberentur.

euangelium sec. iohannē expl. inc. euangelium secundum lucanum.

(euangelium secundum lucanum.)

(c. 1) 1 Quoniam quidem multi conati sunt ordinare rerum nar-
rationem quae in nobis conplete sunt 2 sicut tradiderunt nobis qui
ab initio ipsi uiderunt et ministri fuerunt sermonis 3 uisum est et
mihi adsecuto a principio omnia diligenter ex ordine tibi scribere
optime theophile 4 ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus
es ueritatem.

I. 5 Fuit in diebus herodis regis iudeae sacerdos quidam
nomine zacharias de uice abia et uxor illi de filiabus aaron et no-
men elisabeth. 6 erat autem ambo iusti ante dm̄ incedentes in om-
nibus mandatis et iustificationibus dnī sine querella 7 et non erat
illis filius eo quod esset elisabeth sterelis et ambo processi erant in
diebus suis. 8 Factum est autem cum sacerdatio fungeretur zac-
carias in ordine uicis suae ante dom̄ 9 secūdum consuetudinem

sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret et ingressus in templum
dnī 10 omnis multitudo populi orabat foris ora incensi. 11 Appa-
ruit autem illi angelus dm̄i stans a dextris altaris incensi. 12 et ui-
dens zacharias turbatus est et timor cecidit super illum. 13 Et
ait ad illum angelus dñi dicens. ne timeas zacharia quoniam ecce
obsecratio tua audita est et uxor tua elizabeth pariet tibi filium et
uocabis nomen eius iohannem 14 et erit gaudium tibi et exultatio et
multi in natiuitate eius gaudebunt 15 erit enim magnus coram dño et
uinum et siceram non bibet et spū scō replebitur adhuc ex utero
matris suae 16 et multos filiorum istrahel conuertet ad dōm dm̄ ip-
sorum 17 et ipse precedet ante illum in spū et uirtute heliae ut
conuertat corda patrum in filios et incredibiles ad prudentiam iu-
storum parare dnō plebem perfectam. 18 Et dixit zaccharias ad
angelum unde hoc sciam ego enim sū senex et uxor mea proces-
sit in diebus suis. 19 Et respondit angelus dixit ei ego enim
sum angelus grabiel (!) qui adsto [ante] dom̄ et missus sum loqui ad
te et haec tibi euangelizare. 20 et ecce eris tacens et non poteris
loqui usque in diem quo haec fiat propter hoc [quod] non credidi-
sti uerbis meis que inplebuntur in tempore suo. 21 Et erat plebs
expectans zacchariam et mirabantur quod tardaret ipse in templo.
22 Egressus autem illi non poterat loqui ad illos et cognouerunt
quod uisionem uidisset in templo. et ipse erat annue(n)s illis et
permansit mutus. 23 Et factum est ut inpleti sunt dies illi(us)
officii abiit in domum suā. 24 Post hos autem dies concepit eli-
sabeth uxor eius et occultabat se mensibus quinque dicens 25 quia
mihi sic fecit dm̄s in diebus quibus respexit auferre obprobrium
meum inter homines. 26 Eodem autem tempore missus est an-
gelus grabiel a dnō in ciuitatem galileae cui nomen nazareth 27 ad
uirginem desponsatam uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid
et nomen uirginis maria. 28 Et ingressus ad eā angelus bene-
dixit eam et dixit habe gratiam in plena dm̄s tecum benedicta tu
inter mulieres. 29 Ipsa autem ut uidit eum mota est introitu
eius et erat cogitans quod sic benedixisset eam. 30 Et ait ei
angelus dm̄i ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud dm̄ 31
et ecce concipies in utero et paries filium et uocabis nomen eius
ihm̄ 32 hic erit magnus et filius altissimi uocabitur et dabit illi dm̄s
dš sedem dauid patris eius et regnabit in domum iacob in eter-
num 33 et regni eius non erit finis. 34 Dixit autem maria ad an-
gelum quomodo fiet istud ego enim nescio uirum. 35 Et respon-
dit angelus et dixit ei. spš scš ueniet super te et uirtus altissimi
obumbrabit [tibi]. ideoque quod nascetur scm̄ uocabitur filius dī.
36 Et ecce elisabeth cognata tua et ipsa concepit in senectute sua

filium et hic mensis est sextus illi quae uocabatur sterelis [37] quia
non est impossibile dō omne uerbum. [38] Dixit autem maria
ecce ancilla dn̄i contingat mihi secundum uerbum tuum. et dis-
cessit ab illa angelus. [39] Exurgens autem maria in diebus illis
abiit in montana cum festinationem in ciuitatem iudaeae. [40] et in-
troiuit in domum zaccariae et salutabit elisabeth. [41] Et factum
est ut audiuit salutationem mariae elisabeth [exultauit infans in
utero eius et repleta est spū scō elisabeth] [42] et exclamauit uoce
magna et dicens benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus
uentris tui. [43] et unde hoc mihi ut ueniat mater dm̄i dī [mei] ad
me. [44] ecce enim ut facta est uox salutationis tuae in auribus meis
exultabit in gaudio infans in utero meo [45] et beati qui credidisti
quoniam perficientur omnia que dicta sunt tibi a dm̄o. [46] et ait
maria. magnificat animam meam dom̄ [47] et exultauit sps̄ meus in
dō salutari meo. [48] quia respexit humilitatem ancille suae ecce
enim ex hoc beatam (m)e dicens omnes genarationes. [49] quia fecit
mihi magna qui potens est et sanctum nomen eius. [50] et misericor-
diam (!) eius in progeniem et progeniem timentibus eum. [51] Fecit
potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis ipsorum.
[52] deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. [53] esurientes im-
pleuit bonis et diuites dimisit inanes. [54] suscepit istrahel puerum
suum memorari misericordiae [suae] [55] sicut locutus est ad patres
nostros abraham et semini eius in secula. [56] Mansit autem ma-
ria cum illa mensibus tribus et reuersa est in domum suam. [57]
Elisabeth autem inpletum est tempus pariendi et peperit filium.
[58] et audierunt uicini et cognati eius quia magnificauit dm̄s miseri-
cordiam suam cum illa et congratulabātur ei. [59] et factum est in
die octauo ut uenirent et circumcidere puerum et uocauerunt eum
in nomine patris eius zachariam. [60] Et respondens mater eius
dixit. non sed uocabitur iohannes. [61] Et dixerunt ad illam nemo
est [in cognatione tua] qui uocetur hoc nomine. [62] adnuebant autem
patri eius quem uellet uocari eum. [63] Et adcepit pugillares et
scripsit dicens. iohannes est nomen eius. et mirati sunt omnes. [64]
et continuo resoluta est lingua eius. Et apertum est os eius et
loquebatur benedicens dm̄. [65] Et factus est timor super omnes
uicinos eorum et super omnia montana iudaeae diuulgabantur uerba
haec omnia [66] et posuerunt omnes qui audiebat omnia uerba haec
in corde suo dicentes quid utique erit puer iste etenim manus dn̄i
cum illo. [67] Et zacharias pater eius repletus est spū scō et
prophetauit dicens. [68] benedictus ds̄ istrahel quia uisitauit et fecit
redemptionem plebis suae [69] et erexit cornum (!) salutis nobis in domo
dauid pueri sui. [70] sicut locutus est per os sanctorum prophetarum

qui ab aeuo (!) sunt 71 et liberauit nos ab inimicis nostris et de manu
omnium qui oderunt nos 72 ad faciendam misericordiam suam [cum]
patribus nostris et memorari testamenti sancti sui. 73 Iusiurandi
quod iurauit ad abraham patrem nostrum daturum se nobis 74 ut
sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati seruiamus illi.
75 in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. 76
Et tu puer propheta altissimi uocaberis preibis enim ante faciem
dm̄i parare uiam eius 77 ad dandam scientiam plebi eius in remis-
sionē peccatorum eorum 78 per uiscera misericordiae dī nostri in
quibus uisitauit nos oriens ex alto 79 inluminare his qui in tene-
bris et qui in umbra mortis sedet ad dirigendos pedes nostros in
uiam pacis. 80 Puer autem crescebat et confortabatur spū et
erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad istrahel.

II. (c. 2) 1 Factum est autem in diebus illis exiit edictum
a caesare augusto ut proficeretur (!) uniuersus orbis terrae. 2 haec pro-
fessio prima facta est a præside syrio cyrino 3 et ibant omnes ut
profiterentur singuli in ciuitatem suam. 4 Ascendit autem et io-
seph a galilea de ciuitate nazareth in iudaeā in ciuitatem dauid
quæ uocatur bethlem eo quod esset de domo et patria dauid 5 ut
profiteretur cum maria desponsata sibi uxore cum esset in utero
habens. 6 Factum autem est cū ibi essent inpleti sunt dies ut
pareret. 7 et peperit filium primogenitum et pannis eum inuoluit et
posuit eum in præsepio quia non erat [eis] locus in diuersorio. 8
pastores autem erant in illa regione uigilantes et custodientes ui-
gilias noctis super gregem suum. 9 et ecce angelus dnī stetit iuxta
illos maiestas [et claritas dī] circumfulsit illos et timuerunt timore
magno. 10 et dixit illis angelus nolite timere ecce enim euangelizo
uobis gaudium magnū quod erit omni plebi 11 quia natus est hodie
uobis saluator qui est xpš dm̄s in ciuitate dauid 12 et hoc signum
uobis inuenietis infantem pannis inuolutum et positum in præse-
pio. 13 Et subito facta est cum angelo multitudo exercitus cæ-
lestis laudantium dm̄ et dicentium 14 gloria in altissimis dō et in
terra pax hominibus [bonae] uoluntatis. 15 Et factum est ut dis-
cesserunt ab illis angeli in caelum pastores loquebantur ad inui-
cem et dixerunt transeamus usque bethlem et uideamus hoc uer-
bum quod factum est quod dm̄s ostendit nobis. 16 Et uenerunt
festinantes et inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum in
præsepio. 17 et cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de
puero hoc. 18 Et omnes qui audierunt mirati sunt et de his
quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. 19 Maria autem conser-
uabat omnia uerba haec conferens in corde suo. 20 Et reuersi
sunt pastores magnificantes dm̄ et laudantes in omnibus quae

audiuerant et uiderant sicut dicta sunt ad illos. [21] Et postquam
consummati sunt dies octo ut circumcideretur [puer] uocatum est
nomen eius ihš quod uocatum est ab angelo priusquam in utero
conciperetur.

III. [22] Et postquam inpleti sunt dies purgationis eius se-
cundum legem moysi tulerunt illum in hierusalem ut eum statue-
rent dmō [23] sicut scriptum est in legem dnī quia omnes masculum
adaperiens uuluam sanctum dmō uocabitur [24] et ut darent hostiā
secundum quod dictum est in lege dnī par turturum aut duos
pullos conlūbarum. [25] Et ecce homo erat in hierusalem cui no-
men simeon et homo iste iustus erat et timoratus expectans con-
solationem istrahel et spš scš erat in eo. [26] responsum autem adce-
perat a spū scō non uisurum se mortem nisi prius uideret xpm̄
dm̄i. [27] et uenit in spū in templum. et cum inducerent puerum
ihm̄ in templum parentes eius ut facerent secundum consuetudi-
nem legis pro eo [28] et ipse adcepit eum [in ulnas suas] et bene-
dixit (d)eum et dixit [29] nunc dimittis seruum tuum dn̄e secundum
uerbum tuum in pace [30] quoniam uiderunt oculi mei salutarem
tuum [31] quod parasti ante faciem omnium populorum. [32] lumen ad
reuelationem gentium et gloriam plebis tuae istrahel. [33] et erat io-
seph [pater eius] et mater eius mirantes super his que dicebantur
de illo. [34] Et benedixit illis simeon et dixit ad mariam matrem
eius. ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in
istrahel et in signum quod contradicetur [35] et tuam ipsius animam
pertransiet gladius ut reuelentur multorum cordium cogitationes.
[36] Et erat anna profetissa filia fanuel de tribu aser haec proces-
serat in diebus multis que uixit annos cum uiro suo septē a uir-
ginitate sua. [37] et haec uidua annorum LXXXIIII quae non des-
cedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac
diem (!) [38] et haec ipsa hora stans [superueniens] confitebatur dnō et
loquebatur de illo omnibus qui expectaba(n)t redemptionem hieru-
salem. [39] Et ut perfecerunt omnia secundum legē dm̄i reuersi
sunt in galilaeam in ciuitatem suam nazareth. [40] Puer autem
confortabatur et crescebat et inplebatur sapientiam et gratia dī
erat in illo. [41] Et ibant ioseph et maria mater eius per omnes
annos in hierusalem in die solemni paschae.

IV. [42] Et cum factus esset ihš annorum XII et ascendissent
in hierusalem secundum consuetudinem diei festi [43] consummatisque
diebus cum redirent remansit ihš puer in hierusalem et non cognouit
[parentes eius] ihš (!) et mater eius. [44] existimantes [autem] illum esse
cum comitari (!) et uenerunt iter diei et requirebant eum inter cogna-
tos et notos. [45] et non inuenientes eum regressi sunt in hierusalem

requirentes eum. 46 et factū est post triduo inuenerunt eum in
templo sedentem in medio doctorū audientem illos et interrogan-
tem eos. 47 Stupebant autem omnes qui audiebant eum super
prudentiam [et] responsis eius. 48 et uiso illo expauerunt et dixit ma-
ter eius ad illum. fili quid fecisti nobis sic [ecce pater tuus et ego]
dolentes et tristis querebamus te. 49 Et ait ad illos quid est
quod querebatis me nescietis quia in patris mei oportet me esse.
50 et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos. 51 et
descendit cum illis et uenit nazareth et erat subditus illis. et ma-
ter eius conseruabat omnia uerba haec in corde suo. 52 et ihs̄ pro-
ficiebat sapientiam et gratia apud dm̄ et homines.

V. (c. 3) 1 Anno autem quintodecimo imperii tiberii cesa-
ris procurante pontio pilato iudaeā tetrarcha autem galileae herode
philippo autem fratre eius tetrarcha ituraeae et trachonitidis regio-
nis et lysania abilinae tetrarcha 2 sub principibus sacerdotum anna
et caipha factum est uerbum dn̄i super iohannem zachariae filium
in deserto. 3 Et uenit in omnem regionē iordanis praedicans
baptismum poenitētiae 4 sicut scriptum est in libro uerborum esaiae
prophetae. uox clamantis in deserto parate uiam dm̄i rectas facite
semitas eius 5 omnis uallis inplebitur et omnis mons et collis hu-
miliabitur et erunt praua in directa et aspera in uias planas 6 et
uidebit omnis caro salutarem dī. 7 Dicebat ergo iohannes ad
turbas que exibant ut baptizarentur ab illo. generatio uiperarum
quis ostendit uobis fugere ab ira uentura. 8 facite ergo fructus dig-
nos penitentiae et ne coeperitis dicere patrem habemus habrahā.
dico uobis quia potens est ds̄ de lapidibus istis suscitare filios
[abraha] istrahel. 9 Iam enim securis ad radicem arborum posita
est. Omnis ergo arbor non faciens fructum [bonum] excidetur et
in ignem mittetur. 10 Et interrogabant eum turbae dicentes
quid faciemus 11 respondens autē dicebat illis qui habet duas tuni-
cas det non habenti et qui habet bonas escas faciat similiter. 12
Uenerunt autem et publicani ut baptizarentur et dixerunt ad illum
magister quid faciemus 13 ad ille dixit nihil amplius quod exigatis
quam quod constitutum est uobis. 14 Interrogabant autem eum
et milites dicentes quid faciemus et nos. et ait illis neminem con-
cutiatis neque calumniam faciatis et contenti estote stipendiis ue-
stris. 15 Existimante autem populo et cogitantibus omnibus in
cordibus suis de iohanne ne forte ipse est xps̄. 16 Respondit io-
hannes dicens omnibus. ego quidem uos aqua baptizo in paeniten-
tiam uenit autem fortior me cuius non sum dignus calceamenta por-
tare ipse uos baptizabit in spū scō et igni 17 et uentilabrum in manu
eius et purgabit haream suam et congregabit triticum in horreum

suum paleas autem comburet igni inextinguibili. [18] Multa qui-
dem et alia exhortans euangelizabat populum. [19] Herodes autem
tetrarcha cum corriperetur ab illo de herodeade uxore fratris sui
et de omnibus malis quae fecit herodes et [20] adiecit et hoc super
omnia et inclusit iohannem in carcere.

VI. [21] Factum est autem cum baptizatus esset omnis populus
et ihū baptizanto (!) et orantem (!) apertum est caelum [22] et descendit
sps̄ scs̄ corporali speciae sicut columba in ipsum et uox de celo facta
est dicens. filius meus es tu [dilectus in te conplacui mihi] ego hodie
genui te. [23] et ipse erat ihs̄ incipiens fere annorum XXX quod puta-
batur esse filius ioseph filius helibe filius mattheæ [24] filius leuui filius
melchi filius iannae filius ioseph. [25] filius matthiae filius amos filius
anum filius sedi filius naggae [26] filius maahi filius matthiani filius
semei filius osehe filius iudae [27] filius iohanna filius resa filius zoraba-
bel filius salathiel filius neri [28] filius melchi filius addi filius cosam
filius elmadā filius her [29] filius iesu filius eliezer filius iorim filius
matheim filius leuui [30] filius simeon filius iuda filius ioseph filius ionae
filius eliachim [31] filius melsiua filius aenaim filius matata filius natham
filius dauid [32] filius iessae filius obeth filius booz filius salmon filius
naasson [33] filius aminadab filius aram filius esron filius phares filius
iudae [34] filius iacob filius isaach filius abrahae filius tharae filius
nachor [35] filius seruch filius racau filius phalec filius eber filius
salae [36] filius cainan filius arfaxat filius sem filius noe filius lamech
[37] filius mattusala filius enoch filius zareth filius malelel filius cai-
nam [38] filius enos filius seth filius adam filius dī. (c. 4) [1] Ihs̄
autem plenus spū scō regressus est ab iordanem et agebatur in
[a] spū in deserto. [2] diebus XL et temptabatur a diabolo. Et nihil
manducabit in diebus illis et consummatis illis postea esuriit. [3]
Dixit autem illi diabolus. si filius dī es dic lapidi huic ut fiat pa-
nis. [4] Et respondit ad illum ihs̄ et dixit. scriptum est quia non
in solo pane uiuet homo sed in omni uerbo dī. [5] Et duxit illum
diabolus in montem altum et ostendit illi omnia regna orbis terrae
in momento temporis [6] et ait illum diabolus. tibi dabo potestatem
hanc uniuersam et gloriam illorum quia mihi tradita sunt et cui
uolo do illa. [7] Tu uero si procidens adoraueris ante me erunt
tua omnia. [8] Et respondens dixit illi ihs̄. scriptum est dom̄ dm̄
tuum adorabis et illi soli seruies. [9] Et duxit illum in hierusa-
lem et statuit illum supra pinnam templi et dixit illi si filius dī
es mitte te hinc deorsum. [10] scriptum est enim quod angelis suis
mandauit de te ut conseruent te [11] quia in manibus tollent te ne
forte perdas ad lapidem pedem tuum. [12] Et respondens dixit ihs̄
illi et scriptum est non temptabis dom̄ dm̄ tuum. [13] et consummata

omni temptationem (!) diabolus recessit ab illo usque ad tempus. 14
et regressus est ihš in uirtute spš in galilaeam et fama exiit de
illo per uniuersam regionem. 15 et ipse docebat in synagogis eorum
et magnificabatur ab hominibus.

VII. 16 Et uenit nazareth ubi erat nutritus et intrauit se-
cundum consuetudinem suam die sabbati in synagogā et surrexit
legere. 17 et traditus est illi liber eseiae prophaetae. Et ut re-
uoluit librū inuenit locum ubi scriptum erat. 18 spš dñi super me
propter quod unxit me euangelizare pauperibus misit me 19 praedi-
care captiuis remissionem et caesis uisum dimittere conquassatos
in requiem praedicare annum dñi acceptum et diem retributionis.
20 Et cum plicuisset librum reddidit ministro et sedit. et omnium
in synagoga oculi [erant] intendentes in eū. 21 Coepit autem di-
cere ad illos quia hodie inpleta est haec scriptura in auribus ue-
stris. 22 et omnes testimonium illi reddebant et mirabantur in uer-
bis gratiae quae procedebant de orē ipsius et dicebant nōne hic
est filius ioseph fabri. 23 Et ait illis utique dicetis mihi hanc
similitudinem. medice cura teipsum quanta audiuimus facta [in]
capharnaum fac et hic in patria tua. 24 Ait autem ihš. amen
amen dico uobis quod nemo propheta acceptus est in patriam suam.
25 In ueritate dico uobis multae uiduae fuerunt in istrahel in
diebus helia quando clusum est caelum annis tribus et mensibus
sex cum facta est famis magna in omnem terram 26 et ad nullam
illarum missus est helias nisi in sarepta sidonie ad mulierem ui-
duam. 27 Et multi leprosi erant in istrahel sub helisaeo pro-
phetha et nemo eorum mundatus est nisi neman syrus. 28 et repleti
sunt omnes in synagoga ira haec audientes. 29 et surrexerunt et
eiecerunt illum extra ciuitatem et duxerunt illum usque ad super-
cliuum montis super quem ciuitas illorum erat aedificata ut preci-
pitarent eum. 30 ipse autem per medium illorum et ibat.

VIII. 31 Et descendit in Capharnaum ciuitatē galilaeae ibi-
que docebat illos sabbatis. 32 stupebant autem in doctrinam eius
quia in potestate erat sermo eius. 33 Et erat homo in synagoga
habens dæmonium inmundum et exclamauit uoce magna 34 dicens
quid nobis et tibi ihū nazorenae uenisti perdere nos scio te quis
es tu sanctus dī. 35 Et increpauit illum dñs dicens. obmutesce
et exi ab illo. et cum proiecisset illum dæmonium exiit ab illo
nihilque illum nocuit. 36 Et factus est pauor in omnibus et col-
loquebantur ad inuicem dicentes quod est hoc uerbum quia in po-
testate et uirtute imperat spiritibus inmundis et exeunt 37 et di-
uulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. 38 Surgens
autem de synagoga introiuit in domum simonis et andreae. Socrus

autem simonis tenebatur magnis febribus et rogauerunt illum pro
ea. [39] et stans super illam imperauit febri et dimisit illam. et con-
tinuo surgens ministrabat eis. [40] Cum autem sol occidisset om-
nes qui habebant infirmos uariis languoribus ducebant eos ad illū.
ad ille singulis manus imponens curabat eos. [41] Exiba(n)t autem
dæmonia a multis clamantia et dicentia quia tu es filius dī et
increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ihm̄ ipsum esse xpm̄.
[42] facta autem die egressus ibat in desertum locum. Et turbe re-
quirebant eum et uenerunt usque ad ipsum et detinebant illum
ne ab ipsis discederet. [43] Quibus ipse ait quia et aliis ciuitati-
bus oportet me euangelizare regnum dī quia ideo missus sum. [44]
et erat prædicans in synagogis galileae.

IX. (c. 5) [1] Factum est autem cum turbae inruerent in
eum ut audirent uerbum dī et ipse stabat secus stagnum genesa-
reth. [2] uidit duas naues stantes secus stagnum piscatores autem
descenderant et lauabant retia. [3] Ascendens autem in unam
nauem quae erat simonis rogauit eum ut duceret a terra aliquan-
tulum. et sedens docebat de nauicula turbas. [4] Ut cessauit au-
tem loqui dixit ad simonem duc in altum et laxate retiam uestram
in capturam. [5] et respondit simon dixit illi. præceptor per totam
noctem laborantes nihil cepimus sed in uerbo tuo laxabo retiam.
[6] Et cum hoc fecisse(n)t concluserunt piscium multitudinem co-
piosam rumpebantur autem retia eorum. [7] et adnuerū sociis qui
erant de alia naui ut uenirent et adiuuarent eos. et uenerunt et
inpleberunt ambas nauiculas ita ut mergerentur. [8] Hoc uiso si-
mon petrus procidit ad genua ihū dicens exi a me dn̄e quia homo
peccator sum. [9] Stupor enim habebat illum et omnes qui cum
illo erant in captura piscium quam ceperat [10] similiter autem iaco-
bus et iohannes filia zebedaei qui erant socii simonis. Et ait ad
simonem ihs̄ noli timere ex hoc iam homines uiuificans [capiens].
[11] Et subductis ad terram nauiculis relictis omnibus secuti sunt eum.

X. [12] Et factum est cum esset in una ciuitatum et ecce
uir plenus lepra et ipse procidens in faciem rogabat eum dicens
dn̄e si uis potes me mundare. [13] et extende(n)s manum tetigit illum
dicens uolo mundare. et confestim lepra eius discessit ab illo [14] et
ipse precepit illi ut nemini diceret sed uade ostende te sacerdoti-
bus et offers pro emundationem tuam sicut praecepit moyses ut sit
in testimonium hoc uobis [illis]. [15] Perambulabat autem magis
sermo de illo et conueniebant turbae multae ut audirent eum et
curarētur ab infirmitatibus suis. [16] Ipse autem secedebat in de-
serto et orabat.

XI. 17 Et factum est in una dierum et ipse sedebat do-
cens. et erant pharisaei docentes et legis doctores qui uenerant ex
omni castello galileae et iudeae et hierusalem et uirtus erat dn̄i
ad sanandos eos. 18 et ecce uiri portantes in lecto hominem qui
erat paralyticus et querebant eum inferre et ponere ante eum. 19
et non inuenientes qua parte eum inferrent pre turba ascenderunt
supra tectum et per tegulas summiserunt illum cum lecto in medio
ante ihm̄. 20 quorum fidem ut uidit ihs̄ dixit homo remissa sunt
tibi peccata tua. 21 Et coeperunt cogitare scribae et pharisaei in
cordibus suis dicentes. quis est hic qui loquitur blasphemias
quis potest dimittere peccatum nisi solus ds̄. 22 Ut cognouit au-
tem ihs̄ cogitationes eorum dixit ad illos quid cogitatis in cordi-
bus uestris 23 quid est facilius dicere remissa sunt tibi peccata tua
aut dicere resurge et ambula 24 ut sciatis autem quia filius homi-
nis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paraletico (!) tibi
dico surge tolle lectū tuum et uade in domum tuam. 25 Et con-
festim coram illis tulit in quo iacebat et abiit in domum suam
magnificans dm̄. 26 et stupor apprehendit omnes et magnificabant
dm̄. et repleti sunt timore dicentes quia uidimus mirabilia hodie.

XII. 27 Et post haec exiit et uidit publicanum nomine
leuui sedentem ad theloneum et ait illi sequere me. 28 et relictis
omnibus surgens secutus est eum. 29 Et fecit illi conuiuiū mag-
num leui in domo sua et erat turba multa publicanorum et alio-
rum qui cum illis erant discumbentes. 30 Et mumurauerunt pha-
risaei et scribe dicentes ad discipulos eius quare cum publicanis
et peccatoribus manducat et bibit. 31 Et respondens ihs̄ dixit ad
illos nec qui sani sunt medicum sed qui male habent. 32 non ueni
uocare iustos sed peccatores in penitentiam. 33 Ad illi dixerunt
ad eū quare discipuli iohannis ieiunant frequenter et pharisaeorum
et obsecrationes faciunt discipuli autem tui edunt et bibunt. 34
Quibus ipse ait numquid possunt fili spōsi dum cum illis est
sponsus ieiunare 35 ueniet autem dies cum auferetur ab eis sponsus
et tunc ieiunabunt in illis diebus. 36 Dixit autem et similitudi-
nem ad illos quia nemo conmissuram a uestimento nouo inmittit
in uestimentum uetus alioquin et nouum rumpit et ueterem non
conuenit commissura a nouo. 37 et nemo mittit uinum nouum in
utres ueteris (!) alioquin rumpet uinum nouum utres et ipsud effun-
detur et utres peribunt. 38 sed uinum nouum in utres nouus (!) mit-
tunt et utraque conseruantur. 39 [et nemo bibens uetus statim uult
nouum dicit enim uetus melius est].

XIII. (c. 6) 1 Factum est autem in sabbato secundo pri-
mum cum transiret per seminata uellebant discipuli eius spicas et

manducabant confricantes manibus. [2] aliqui autem pharisaeorū dice-
bant illis quid facitis sabbatis non licet [3] Et respondens ihš
dixit illis. nec hoc legistis quid fecit dauid cū esurit ipse et qui
cum eo erant [4] quomodo intrauit in domum dī et panes propositio-
nis sumpsit et manducauit et dedit his qui cum ipso erant quos
non licet manducare nisi solis sacerdotibus. [5] Et dicebat illis
quia dñs est filius hominis etiam sabbati. [6] Factum est autem
et in alio sabbato ut intraret in synagogā et doceret. et erat ibi
homo et manus eius dextra erat arida. [7] Obseruabant autem
scribae et pharisaei si sabbato curaret ut inuenire(n)t unde accu-
sarentur illum. [8] Ipse uero sciebat cogitationes eorum et ait ho-
mini qui habebat manum aridam surge et sta in medio et sur-
gens stetis (!) [9] ait autem ad illos ihš. interrogabo uos si licet sabbato
benefacere an male facere animam saluam facere an perdere. [10]
Et circumspectis illis omnibus intra dixit homini extende manum
tuam. Et extendit et restituta est manus eius. [11] illi autem repleti
sunt iniquitate et conloquebantur ad inuicem quid facerunt de ihū.
[12] Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare et
erat pernoctans in orationem dī.

XIV. [13] Et cum dies factus esset uocauit discipulos suos
et elegit duodecim ex ipsis quos et apostolos nominauit [14] simonem
petrum quem cognominauit et andreham fratrem eius iacobum ze-
bedei et iohannem fratrem eius philippum et bartholemaeum (!) [15] et
matthaeū et thomam et iacobum alphaei et simonē ;qui uocatur
zelotes [16] et iudam iacobi et iudam scariotem qui factus est tradi-
tor. [17] Et descendit cum illis stetit in loco campestri et turba
discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab omni iudaeae et
hierusalem et trans fretum et maritima tyri et sidonis [18] qui uene-
runt ut audirent eum et sanarentur a languoribus suis et qui
uexabantur a spiritibus inmundis curabantur [19] et omnis turba quæ-
rebā eum tangere quia uirtus de illo exibat et sanabat omnes. [20]
et ipse leuatis oculis in discipulos dicebat. Beati pauperes quo-
niam ipsorum est regnum dī. [21] beati qui nunc esuriunt et siti-
unt quia saturabuntur beati qui nunc fletis quia ridetis. [22] Beati
eritis cum uos odierint homines et cum separabunt uos et cum
eicient et exprobabunt nomen uestrum tamquam malum propter
filium hominis. [23] gaudete in illa die et exultate ecce enim mercis
uestra multa est in celo secundum haec faciebant prophetis patres
eorum. [24] uerumtamen uae uobis diuitibus quia habetis consolatio-
nem uestram. [25] Uae uobis qui saturati estis quia esurietis.
Uae uobis qui ridetis nunc quia lugebitis et flebitis. [26] Uae cum be-
nedixerim (!) uobis omnis hominis (!) secundum haec enim facieba(n)t

pseudoprophetis patres eorum. 27 Sed uobis dico qui auditis.
diligite inimicos uestros benefacite his qui oderunt uos. 28 benedi-
cite maledicentes uos et orate pro calumniantibus uos. 29 Et qui
te percutit in maxillam praebe et alteram. et eum qui auferet tibi
tunicam etiam et pallium noli prohibere. 30 omni potenti te tribue
et qui auferet a te quae tua sunt noli prohibere. 31 Et prout
uultis ut faciã uobis homines facite illis similiter. 32 Et si dili-
gitis eos qui uos diligunt quae erit uobis gratia nam et peccatores
diligunt diligentes se. 33 et si benefeceritis his qui uobis benefaci-
unt quae uobis erit gratia cum et peccatores hoc faciant. 34 Et
si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere quae gratia est
uobis nam et peccatores peccatoribus fenerantur ut recipiant [ae-
qualia]. 35 Uerumtamen amate inimicos uestros benefacite et
mutuum date nihil desperantes et erit merces uestra multa et
eritis filii altissimi quia ipse benignus est super ingratos et malos.
36 Estote ergo misericordes sicut et pater uester misericors est.
37 nolite iudicare et de uobis non iudicabitur nolite condemnare ut
non condemnemini. dimittite et dimittemini. 38 date et dabitur uo-
bis mensuram bonam conmodatam confersam dabunt supereffunden-
tem in sinum uestrum. eadem mensuram quam metitis remetietur
uobis. 39 Dicebat autem et similitudinem. Numquid potest cæ-
cus cæcum ducere nonne ambo in foueã cadent. 40 Non est dis-
cipulus super magistrum perfectus autem omnis erit ut sit sicut
magister eius.

XV. 41 Quid autem uides festucam in oculum fratris tui
trabem autem qua in oculo tuo est non consideras 42 quomodo po-
tes dicere fratri tuo frater sine eiiciam festucum de oculo tuo et
ecce in oculo tuo trabes subiacet [ipse in oculo tuo trabem non ui-
dens] hypocrita eice primum trabem de oculo tuo et tunc perspi-
cies ut educas festucam de oculo fratris tui. 43 Non est enim
arbor bona quae facit fructus malos neque arbor mala faciens fruc-
tum bonum. 44 unaquaeque arbor ex fructo suo cognoscitur. neque
legunt de spinis ficus neque de rubo uindemiant uuam. 45 Bo-
nus homo de bono thensauro suo profert bonum et malus homo
de malo profert malum. ex abundantia enim cordis hos eius loqui-
tur. 46 Quid autem uocatis me dm̃e dm̃e et non facitis quae
dico. 47 Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et fa-
cit ostendam uobis cui similis est 48 similis est homini aedificanti
domum qui fodit in altum et posuit fundamenta supra petrã inun-
datione autem facta inlicet flumen domui illi et non potuit eam
mouere fũdata enim erat super petram. 49 Nam qui audit et
non facit similis est homini aedificanti domũ suam super terram

sine fundamento allisit flumen domū illi et continuo cecidit et
facta est ruina domus illius magna.

XVI. (c. 7) 1 Et factum est cum implesset omnia uerba
[sua] in aures plebis intrauit capharnaum. 2 Centurionis autem
cuiusdam seruus male habens erat moriturus qui illi erat pretio-
sus. 3 et cum audisset de ihū misit seniores iudeorum rogans eum
ut ueniret et liberarent seruum eius. 4 Ad illi uenierunt et ro-
gabant ihm̄ solicite dicentes quia dignus est ut hoc illi præstes.
5 diligit enim gentem nostram et synagogā ipse aedi(fi)cauit nobis.
6 ibat autem cum illis ihs̄. Et cum iam non longe esset a domo
misit ad illum centurio amicos dicens ei. dn̄e noli uexare non enim
dignus sum ut sub tecto meo intres 7 [propter quod et me ipsum
non sum dignum arbitratus ut uenirem ad te] sed dic uerbo et
sanabitur puer meus. 8 nam ego homo sum sub potestate constitu-
tus habens sub me milites et dico huic uade et uadit et alio ueni
et uenit et seruo meo fac hoc et facit. 9 Quo audito ihs̄ mira-
tus est et conuersus sequentibus se [turbis] dixit amen amen dico
uobis in nullo tantam fidem inueni in istrahel. 10 et reuersi domum
qui missi erant inuenerunt seruum sanum.

XVII. 11 Et factum est deinceps ibat in ciuitatem quae
uocatur nain et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. 12
et factum est cum adpropiaret portae ciuitatis et ecce efferebatur
defunctus filius unicus matris suae et haec uidua erat et turba
multa cum illa. 13 Quam cum uideret dm̄s misericordia motus
dixit illi noli flere 14 et adcessit et tetigit loc(ul)um. hi autem qui
portabant steterunt et ait ihs̄. adulescens adulescens tibi dico surge.
15 et resedit qui erat mortuus et coepit loqui. et dedit illum matri
suae. 16 Accepit autem omnes timor et magnificabant dm̄ dicen-
tes quod propheta magnus surrexit in nobis et quia uisitauit ds̄
plebem suam in bono. 17 et exiuit hic sermo in uniuersa iudaea et
in omnim (!) confini regione.

XVIII. 18 Et nunciauerunt iohanni discipuli eius de omni-
bus his. 19 et conuocatis duobus discipulis suis iohannes et misit ad
dom̄ dicens. tu es qui uenturus es an alium expectamus 20 adueni-
entes autem ad eum uiri dixerunt iohannes baptista misit nos ad
te dicens tu es qui uenturus es an alium expectamus 21 in ipsa
autem hora curabat multos a languoribus et plagis et spiritibus
malis et caecis multis donauit uisum. 22 Et respondit ihs̄ dixit
illis ite nunciate iohanni quae uidistis et audistis caeci uident
claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resur-
gunt pauperes euangelizantur 23 et beatus est quicumque non fuerit
in me scandalizatus. 24 et cum discessise(n)t nuntii iohannis coepit

de iohannem dicere ad turbas. Quid existis in deserto uidere
arundinem uento moueri 25 sed quid existis uidere hominem molli-
bus uestimentis indutum. ecce qui in ueste pretiosa sunt et in deli-
ciis superabunda(n)t in domibus regum sunt. 26 sed quid existis ui-
dere prophetam [utique dico uobis et plusquam prophetam] 27 hic
est de quo scriptum est ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam qui præparabit uiam tuam ante te. 28 Dico autem uobis.
maior inter natos mulierum iohanne baptista nemo est nam qui
minor est in regno dī maior est illo. 29 Et omnis populus au-
diens et publicani iustificauerunt dm̄ baptizati baptismum iohannis.
30 Pharisaei autem et legis periti consilium dī spreuerunt in se non
baptizati ab eo. 31 Cui ergo similes dicam homines generationis
[huius] et cui similes est 32 similes sunt pueris sedentibus in foro
et loquentibus ad inuicem et dicentes. cantauimus uobis et nō sal-
tastis. Lamentauimus uobis et nō plorastis. 33 Uenit enim io-
hannes baptista neque manducans [panem] neque bibens [uinum]
et dicitis. dæmonium habet. 34 Uenit filius hominis manducans
et bibens et dicitis. ecce homo deuorator et bibens uinum amicus
publicanorum et peccatorum 35 et iustificata est sapientia ab omni-
bus filiis suis.

XIX. 36 Rogauit autem illum quidam pharisaeus ut mandu-
caret cū illo. et ingressus in domum pharisaei discubuit. 37 Et
ecce mulier quæ erat in ciuitatem peccatrix ut cognouit quod ac-
cubuisset in domo pharisaei attulit alabastrum unguenti 38 et stans
retro secus pedes eius lacrimis rigabat pedes eius et capillis ca-
pitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et ungebat unguento.
39 Uidens autem pharisaeus qui uocauerat eum ait intra se di-
cens hic si esset profeta sciret utique qua et qualis mulier quae
tangit eum quia peccatrix est. 40 Et respondit ihs̄ dixit ad illum
simon habeo tibi aliquid dicere. ad ille dixit magister dic. Et ait
41 duo debitores erant cuidam feneratori unus debebat denarios
quingentos et alius quinquaginta. 42 non habentibus illis unde red-
dere(n)t donauit utrisque eorum quis ergo eum plus diligit. 43
Respondens simon dixit. existimo quia is cui plus donauit. ad ihs̄
dixit ei. recte iudicasti. 44 et conuersus ad mulierem dixit simoni
uides hanc mulierē intraui in domum tuam aquam pedibus mihi
non dedisti haec autem lacrimis suis pedes meos rigauit et capil-
lis suis tersit. 45 Osculum mihi non dedisti haec autem ex quo
intrauit non cessauit osculari pedes meos. 46 oleo [caput meum] non
unxisti pedes meos. Haec autem unguento unxit [pedes meos].
47 Propter quod dico uobis remissa sunt illi [peccata] multa quo-
niam dilexit multum. cui autem minus dimittitur minus diligit.

48 Et ait illi ihs̄. remissa sunt tibi peccata tua. 49 Et qui simul
recumbeba(n)t coeperunt dicere intra se quis est hic qui etiam pec-
cata remittit. 50 Dixit autem ad mulierem. fides tua te saluam
fecit uade in pace.

XX. (c. 8) 1 Et factum est deinceps et ipse iter faciebat
per ciuitates et castella praedica(n)s et euangeliza(n)s regnum dī
et duodecim cum illo 2 et mulieres quae erant curatae ab spiriti-
bus malignis et infirmitatibus maria quae uocatur magdalene a qua
daemonia exierant septem. 3 et iohanna uxor chusae procuratoris
herodis et susanna et aliae multae quae ministrabat illis de facul-
tatibus suis. 4 Cum ergo turba conuenisset et de ciuitatibus ad-
ueniret multi dixit [per] similitudinem. 5 ecce exiit qui seminat se-
minare semen suum et dum seminat aliud cecidit secus uiam et
conculcatum est et uolucres illud comederunt. 6 et aliud cecidit su-
per petram et natū aruit quia non habuit humorem. 7 et aliud ce-
cidit inter spinas et simul exhortae spinas et suffocauerunt illut.
8 et aliut cecidit in terram bonā et exortum fecit fructum cen-
tuplum. haec dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat. 9
interrogauerunt autem eum discipuli quae esset haec parabola. 10
Quibus ipse dixit uobis datum est scire mysterium dī. Ceteris
autem in parabolis ut uidentes non uideant et audientes non intel-
ligant. 11 Est autem haec parabola semen est uerbum dī. 12
Qui autem secus uiam sunt hi sunt qui audiunt uenit autem dia-
bolus et tollit de corde illorum uerbum ne credentes salui fiant.
13 nam qui super petrā hii sunt qui cum audieri(n)t cum gaudio
adcipiunt uerbum et hi radices non habent qui ad tempus cre-
dunt et in tempore temptationis recedunt. 14 Quod autem in
spinas cecidit hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et diuitiis
et uoluptatibus uitae euntes simul suffocantur et non referunt
fructum. 15 quod autem in terram bonam hi sunt qui corde bono
audientes uerbum retine(n)t et fructum adferet (!) per patientiā. 16
Nemo autem lucernam accensam operit uaso aut sub lectum ponit
sed ponit eam super candelabrum ut intrantes uideant lumen. 17
non enim est occultum quod non manifestetur. Nec absconisisum (!)
cognoscatur et in palam ueniat. 18 Uidete quomodo audiatis.
Qui enim habet dabitur illi et quicumque non habet et iam quod
putat se habere auferetur ab illo. 19 Uenerunt autem ad illum
mater et fratres eius et non poterant adire eum pre turba. 20
Nunciatum autem est illi quia mater tua et fratres tui stant foris
uolentes te uidere. 21 Qui respondit dixit ad eos mater et fratres
mei hi sunt qui uerbum dī audiunt et faciunt.

XXI. 22 Factum est autem in una dierum et ipse ascendit
in nauiculam et discipuli eius et ait ad illos transfretemus trans
stagnum. et leuauerunt. 23 Nauigantibus autem illis obdormiit
et descendit procella uenti et complebatur fructibus (!) nauicula
et periclitabantur. 24 Accedentes autem suscitauerunt eum dis-
cipuli dicentes preceptor perimus. Ad ille surgens increpauit
uentum et tēpestatem aquae et cessauit et facta est tranquillitas.
25 dixit autem illis ubi est fides uestra et timentes mirati sunt ad
inuicem dicentes quisnam est hic qui uentis imperat et mari et
obaudiunt ei. 26 Enauigauerunt autem ad regionem gerasenorum
quae est trans contra galilaeam.

XXII. 27 Et cum egressus esset occurrit illi uir quidam
qui habebat demonium iam temporibus multis et uestimentum
non induebatur neque in domo manebat sed in monumentis. 28 is
ut uidit ihm̄ procidit ante illum et exclamans uoce magna dixit
quid mihi et tibi est ihū fili dī altissimi obsecro te ne me tor-
queas. 29 Precipiebat enim spiritui inmundo ut exiret ab ho-
mine. multis enim temporibus adripuerat illum nam uinctus ca-
tenis et conpedibus custodiebantur et ruptis uinculis agebatur in
loco deserto. 30 Interrogauit illum ihs̄ quod tibi nomē est. at
ille respondens dixit legio quia multi demonis (!) erant. 31 et rogabant
autem illum ne imperaret illis ut in habissum irent. 32 Erat
autem ibi grex porcorum multorum pascentium et rogauerunt eum
ut in illis irent et permisit illis. 33 exierunt ergo demonia ab ho-
mine et intrauerunt ad porcos. Et inpetu abiit grex per praeceps
in stagnum et suffocatis (!) sunt. 34 quod ut factum uiderunt qui eos
pasceba(n)t fugerunt et nunciauerunt in ciuitatem et in uillas. 35
Exierunt autem uidere quod factum est. Et uenerunt ad ihm̄ et
inuenerunt hominem sedentem a quo demonia exierant uestitū ac
sana mente ad pedes eius et timuerū. 36 Nuntiauerunt autem
illis et qui uiderant quomodo sanus factus est a legione 37 et roga-
uerunt illum omnis multitudo regionis gerasenorum ut descederet
ab ipsis quia timore magno teneba(n)tur. Ipse autem ascendit in
nauiculam et reuersus est. 38 et rogauit illum uir a quo demonia
exierant ut cum ipso esset. Dimisit autem illum dicens 39 redi in
domum tuam et narra qnanta tibi fecit ds̄. Et abiit per uniuer-
sam ciuitatem praedicans quanta ihs̄ fecit illi.

XXIII. 40 Factum est autem cum rediisset ihs̄ excepit
illum turba erant enim omnes expectantes eum. 41 Et ecce ue-
nit uir cui nomen iairus et ipse erat princeps synagogae et cecidit
ad pedes ihū rogans eū ut intraret in domum eius. 42 Quia filia
unica erat ei fere annorum duodecim et haec moriebatur. et

contingit dum iret a turbis sic conprimebatur ut suffocarent eum.
43 Et mulier quedam erat in profluuio sanguinis ab annis duo-
decim quae in medicos erogauerat omnē substantiam suam nec ab
ullo potuit curari. 44 Accessit retro et tetigit uestimentum eius
et cōfestim stetit fluxus sanguinis ipsius. 45 Et ait ihs̄ quis est
qui me tetigit negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cum
illo erant preceptor turbae te conpremunt iam magnae et dicit
quis me tetigit 46 et dixit ihs̄. tetigit me aliquis nam et ego cognoui
uirtutem exiisse de me. 47 Uidens autem mulier quia non latuit
illum uenit tremens et procidit ante pedes eius et ob quam cau-
sam tetigerit eum indicauit coram omni populo et quemadmodum
confestim sanata est. 48 Ad ille dixit ei filia fides tua te saluam
fecit uade in pacem. 49 Adhuc illo loquente uenit quidam ad
prīcipem synagogae dicens ei quia mortua est filia tua noli uexare
illum. 50 ihs̄ autem audito hoc uerbo ait patri puellae noli timere
crede tantum et salua erit. 51 Et cum uenisset in domum non per-
misit secum intrare quemquam nisi petrum et iohannem et iaco-
bum et patrem et matrem puellae. 52 fiebant autem omnes et plan-
gebant illam. Ad ille dixit nolite flere non est enim mortua sed
dormit. 53 et deridebant eum scientes eam mortuam esse. 54 ipse au-
tem tenens manum eius clamauit dicens puella surge. 55 Et con-
uersus est spiritus eius et surrexit continuo. et iussit illi dare man-
ducare. 56 et stupuerunt parentes eius quibus precepit ne alicui di-
cerent quod factum est.

XXIV. (c. 9) 1 Conuocatis autem duodecim discipulis suis
dedit illis uirtutem et potestatē super omnia demonia et ut lan-
guores curarent. 2 Et misit illos predicare regnum dī et sanare
infirmos. 3 Et ait ad illos nihil tuleritis in uiam neque uirgam
neque perā neque calciāmentum neque panē neque pecuniam neque
duas tunicas habeatis. 4 In quamcumque domum intraueritis ibi
manate (!) et inde proficiscimini. 5 Et quicumque non receperint
uos exeuntes de ciuitate illam (!) etiam puluerem de pedibus uestris
excutite in testimonium super illos. 6 Egressi autem circumibant
ciuitates et castella euangelizantes et curantes ubique. 7 Audiuit
autem herodes tetrarcha omnia qua(e) erant facta et consternabatur eo
quod diceretur. 8 a quibusdam quia iohannis surrexit a mortuis a
quibusdam autem quod helias apparuit ab aliis autem quod pro-
pheta unus de antiquis surrexit. 9 Ait autem herodes iohannem
ego decollaui hic qui est de quo ego audio talia. Et querebat
illum uidere.

XXV. 10 Et reuersi apostoli narrauerunt illi quecumque
fecerunt. Et adsumptis illis ihs̄ secessit seorsum in locum desertum

que est bessaida. 11 quod ut cognouissent turbae secute sunt illum
et excepit illos et loquebatur illos de regno dī et eos qui cura
indigeba(n)t sanabat. 12 Dies autem coeperat declinare. et ad-
cesserunt duodecim discipuli eius et dixerunt illi dimitte turbas
ut eant circa castella et uillas et reficiant se et inueniant escas
quia hic in loco deserto sumus. 13 Ait autem ad illos ihs̄ date
illis uos manducare. Ad illi dixerunt non sunt nobis plus quā
quinque panes et duo pisces nisi si nos eamus et e(m)amus in
omnem hanc turbam escas. 14 erant enim uiri fere quinque millia.
Ait autem ad discipulus suos facite illos discumbere per conuiuia
quinquagenos. 15 et ita fecerunt. et discubuerunt omnes. 16 Ad-
ceptis autem ihs̄ quinque panibus et duobus piscibus respexit in
celum et benedixit super illos et fregit et distribuit discipulis ut
ponerent ante turbam. 17 et manducauerunt omnes et saturati sunt.
et sublatum est quod superfuit illis fragmentorum cophinos XII.
XXVI. 18 Et factum est cum solus esset orans erant cum
illo et discipuli et interrogauit illos dicens quem me dicunt esse
turbae. 19 Ad illi responderunt et dixerunt iohannem baptistam
alii autem heliam alii uero quia profeta unus de prioribus surrexit.
20 Dixit autem illis uos quem me esse dicitis. Respondit simon
petrus dixit. xpm̄ dī. 21 ad ille increpans eos precepit ne cui hoc
dicerent. 22 Dicens quod oportet filium hominis multa pati et
reprobari a principibus sacerdotum senioribus et scribis et occidi
et post tres dies resurgere. 23 Dicebat autem ad omnes si quis
uult post me uenire abneget se ipsum et tollat crucem suam et se-
quatur me. 24 Qui enim uoluerit animam suam saluam facere
perdet eam. Nam qui perdiderit animam suam propter me salua-
bit eam. 25 Quid enim proficit homo si lucretur uniuersum mun-
dum se autem perdat aut detrimentum faciat. 26 Nam qui eru-
buerit me et meos sermones hunc filius hominis erubescet cum ue-
nerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. 27 Dico
autem uobis uere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mor-
tem donec uideant regnum dī. 28 Factum est autem post haec
uerba fere post dies octo adsumpsit petrum et iohannem et iaco-
bum et ascendit in montem ut oraret. 29 et dum orat facta est spe-
cies aspectus eius altera et uestitus eius albus refulgens. 30 et ecce
duo uiri loquebantur cum illo. Erant autem moyses et helias 31
in maiestate uisi et dicebant excessum eius quem conpleturus erat
in hierusalem. 32 Petrus uero et qui cum illo erant grauati erant
somno. et uigilantes uiderunt maiestatem eius et duos uiros qui
stabant cum illo. 33 Et factum est cum disce(de)rent ab illo ait
petrus. praeceptor bonum est nos hic esse si uis faciamus tria

tabernacula unū tibi et moysi unum et heliae unum nesciens quid
diceret. 34 Haec autem illo loquente facta est nubis et obum-
brauit eos et timuerunt intrantibus illis in nubem. 35 uox facta est
de nube dicens hic est filius meus electus ipsum audite. 36 et dum
fit uox inuentus est ihs̄ solus. et ipsi tacuerunt et nemini nihil
dixerunt in illis diebus ex his quae uiderant.

XXVII. 37 Factum est autē in sequenti die descendentibus
illis de monte occurrit illi turba multa. 38 et ecce uir de turba ex-
clamauit dicens magister obsecro te respice in filium meum quia
unicus est mihi 39 et ecce spiritus adprehendit illum subito et eli-
dit et dissipat eum cum spumā(!) et uix discedit ab illo dilanians
illum 40 et rogaui discipulos tuos ut eicerē illum et non potuerunt.
41 Respondens autem ihs̄ dixit o generatio infidelis et peruersa
usquequo ero aput uos et patiar uos adduc huc filium tuum. 42 et
cum adcessisset elisit illum demonium et dissipauit. 43 Et incre-
pauit ihs̄ spm̄ inmundum et sanauit puerum et restituit eum su-
per patri eius 44 stupebant autem omnes in magnitudinem dī om-
nibusque mirantibus omnia quae faciebat. Dixit et petrus dn̄e
quare nos non potuimus eicere illum. quibus dixit. quoniam eius-
modi oratione eiciuntur et ieiunio. Dixit autem ad discipulos
suos ponite uos in auribus uestris sermones hos nam filius homi-
nis tradatur in manus hominum. 45 Ad illi ignorabant uerbum
istud et erat occultum inter ipsis ut non sentirent et timebant in-
terrogare illum de hoc uerbo. 46 Intrauit autem cogitatio in eis
quis eorū maior esset. 47 Ad ihs̄ uidens cogitationes cordis illo-
rum adprehendens puerum statuit secus se 48 et ait quicumque ad-
ceperit puerum istum in nomine meo me recipit et quicumque me
receperit non me receperit sed eum qui me misit. — —

(c. 10) 20 — — scripta sunt in celo. 21 In ipsa hora exultauit ihs̄
in spū scō et dixit confitebor tibi dn̄e pater caeli et terrae quia
abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea par-
uolis. ita pater quia sic bona uoluntas fuit ante te. et conuersus
ad dixipulos dixit. 22 omnia mihi tradita sunt a patre meo. et nemo
scit quis est filius nisi pater et quis est pater nisi filius et cui
uoluerit filius reuelara. 23 Et conuersus ad discipulos suos dixit
beati oculi quia uident que uos uidetis. 24 Dico enim uobis quod
multi profetae uoluerunt uidere que uos uidetis et non uiderunt
et audire quae auditis et non audierunt.

XXXII. 25 Haec eo dicente ecce quidam legisperitor sur-
rexit tempta(n)s illum dicens. magister quid faciendo uitam aeter-
nam possidebo. 26 Ad ille dixit ad eum in lege quid scriptum
est quomodo legis. 27 Ad ille respondens dixit. Diliges dōm dm̄

tuum in toto corde tuo et in tota anima tua et in omnibus uiri-
bus tuis et proximum tuum sicut teipsum. 28 Dixitque illi ihs̄
recte respondisti hoc fac et uiues. 29 ille autem uolens iustificare
seipsum dixit ad ihm̄ et quis est meus proximus. 30 Suscipiens
autem ihs̄ dixit. homo quidam descendebat ab hierusalem in hie-
richo et incidit in latrones qui et iam dispoliauerunt illum et pla-
gis impositis habierunt semiuiuo relicto. 31 Sacerdos autem for-
tuito descendebat eadem uiam et uiso illo praeteriit. 32 similiter et
leuuita cum esset secus locum et uideret eum pertransiit. 33 Sa-
maritanus autem quidam iter faciens uenit secus eum et uidens
eum misericordia motus est. 34 et adligauit uulnera eius infundens
oleum et uinum et inponens illum in iumentum suum duxit ad
stabulum et curam eius egit. 35 et altera die protulit duos dinarios (!)
et dedit stabulario et ait curam illius habe et quidquid superero-
gaueris ego cum reueniens reddam tibi. 36 Quis horum trium ui-
detur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones. 37 Ad ille
dixit qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi ihs̄ uade et tu
fac similiter.

XXXIII. 38 Factum est autem dum irent et ipse intrauit
in quoddam castellum et mulier quedam nomine martha excepit
illum in domum suam 39 et huic erat soror nomine maria quae
etiam sedens secus pedes dn̄i audiebat uerbum illius. 40 Martha
autem satagebat circa ministerium quae stetit et ait. dm̄e non est
tibi curae quod soror mea reliquid me solam ministrare dic ergo
illi ut me adiuuet. 41 Et respondens dixit illi dm̄s. martha martha
42 maria optimā partem elegit qua non auferetur ab ea.

XXXIV. (c. 11). 1 Et factum est in quodam loco orans et
ut cessauit dixit unus ex discipulis eius ad eum. dn̄e doce nos
orare sicut et iohannis docuit discipulos suos. 2 Et ait illis. cum
oratis dicite pater sancte qui in celis est sanctificetur nomen tuum.
ueniat regnum tuum fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra.
3 panem nostrum cotidianum da nobis hodie. 4 et dimitte nobis de-
bita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et ne nos
inducas in temptationes sed libera nos a malo. 5 Et ait illis.
quis uestrū habebit amicum et ibit ad illum media nocte et dicet
illi. amice conmota mihi tres panes 6 quoniā amicus uenit meus de
uia ad me et non habeo quod ponam ante eum. 7 Et ille re-
spondens deintus dicit. noli mihi esse molestus iam ostium clusum
est et pueri in cubili mecum sunt non possum surgere et dare
tibi. 8 et ille si perseuerauerit plus pulsans. dico uobis et si non
dabat illi surgens eo quod amicus eius est propter autem inprobi-
tatem eius surget et dabit illi quanta desiderat. 9 Ego dico

uobis. petite et dabitur uobis quaerite et inuenietis pulsate et ape-
rietur uobis. 10 Omnis enim qui petit adcepit et qui querit in-
uenit et pulsanti aperietur. 11 a quo autem patrae ex uobis petit
filius eius piscem numquid pro piscem serpentē dabit illi. 12 Aut
si petierit ouum numquid porriget illi scorpionem. 13 Si ergo
uos cum sitis mali nostis bona data dare filiis uestris. Quanto
magis pater uester de caelo dabit bonum datum petentibus se.

XXXV. 14 Et erat dum eiicit demonium et illud fuit mu-
tum. et cum eicisset mutum demonium locutus est mutus et om-
nes turbae stupuerunt. 15 Quidam autem ex phariseis dixerunt
in belzebul principem demoniorum demonia eiicit. 16 et alii temp-
tantes signum de celo querebant ab eo. 17 Ipse autem uidens
cogitationes eorum dixit. Omne regnum in se ipsum diuisum de-
solabitur et domus supra domum cadet. 18 Si et satanas sata-
nam eicit in se ipsum diuisum est quomodo stabit regnum ipsius
quia dicitis quoniam in belzebul principem demonium eiicio de-
monia 19 quod si ego in belzebul eicio filii uestri in quo eiiciunt.
ideo ipsi iudices erunt uestri. 20 Sed si in digito dī eicio demo-
nia profecto prouenit in uos regnum dī. 21 cum fortis armatus cu-
stodit atrium suum in pace sunt ea quae possidet. 22 si autem for-
tior illo superuenies uicerit eum uniuersa arma eius auferet in
quibus confidebat et spolia eius distribuet. 23 Qui non est me-
cum aduersum me est et qui non conligit mecum spargit. 24
Cum immundus sps̄ exierit de homine perambulat de loca quae
non habent aquam quaerens requiem et non inuenie(n)s dicit. reuer-
tar in domum meam unde exiui. 25 et cum uenerit inuenit eam
scopis mundatam et ornatam. 26 et tunc uadit et adsumit adhuc
septem alios spiritus nequiores et regressi inhabitant et fit huius-
modi hominis uita multo peior prioris.

XXXVI. 27 Factum est cum haec diceret et extollens uo-
cem quedam mulier de turba dixit illi. beatus uenter qui te por-
tauit et ubera quae suxisti. 28 Ad ille dixit ad eos. beati qui
audiunt uerbum dī et custodiunt. 29 turbis autem concurrentibus
coepit dicere generatio haec generatio nequam est signum querit
et signum non dabitur illi nisi signum ionae. 30 Nam sicut fuit
ionas signum nineuitis ita erit et filius hominis generatione hac
et sicut ionas in utero caeti fuit sic et filius hominis in corde
terrae. 31 Regina austri resurget in iudicio cum uiris generatio-
nis huius et condemnauit illos quia uenit a finibus terrae audire
sapientiam salomonis et ecce salomone plus hic. 32 Uiri niniuite
resurgent in iudicio cum generatione hac et condemnabunt illam
quia penitentiam egerunt ad predicatione ionae et ecce plus iona

hic. [33] Nemo autem lucernam adcendit et in absconso ponit
neque sub modio sed supra candelabrū ut qui ingrediuntur lumen
uideant. [34] Lucerna corporis tui est oculus tuus. cum fuerit
oculus tuus sinplex totum corpus tuum lucidum est cum autem
nequa fuerit etiā corpus tuum tenebrosum erit. [35] si ergo lumen
quod in te est tenebre sunt tenebrae tuae quante sunt.

XXXVII. [37] Et cum ihš loqueretur haec rogauit illum
quidam phariseus ut cum illo pranderet et ingressus recubuit. [38]
Pharisaeus autem coepit intra se cogitans dicere quare non
prius quam manducaret baptizatus est. [39] Et ait dm̄s ad illum
nunc uos pharisaei prius quod deforis est calicis et catini munda-
tis quod autem intus est uestrum plenum est rapinā et iniquitate.
[40] stulti nonne qui fecit quod deforis est etiam id quod intus est
fecit. [41] tamen quod superest date elemosynā et ecce omnia munda
sunt uobis. [42] Sed uae uobis pharisaeis qui decimatis mentam
et rutam et omnem (!) olus preteritis iudicium et caritatem dī haec
oportuit facere et illa non omittere.

XXXVIII. [43] Uae uobis pharisaeis quia diligitis primas
cathedras in synagogis et salutationes in foro. [44] Uae uobis quia
monumenta estis quae nō parent et homines ambulantes supra illa
nesciunt. [45] Respondens autem — —

(c. 12) [6] — — (obliuio)ne coram dm̄o. [7] et capilli capitis uestri
omnes numerati sunt. nolite timere multis passeribus pluris estis.
[8] Dico uobis omnis quicumque confessus fuerit me coram ho-
minibus et filius hominis confitebitur in illo cum angelis dī. [9] qui
autem negauerit me coram hominibus denegabitur ei ipse coram
angelis dī. [10] Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis re-
mittetur illi. in spū autem sancto qui dixerit non remittetur. [11]
Cum autem inducent uos in synagogas et ad magistratus et pote-
states nolite soliciti esse qualiter respondeatis aut dicatis. [12] spš
enim sanctus docebit uos in illa hora quid oporteat dicere.

XL. [13] Et ait quidam de turba magister dic fratri meo ut
diuidat mecum hereditatem. [14] Ad ihš dixit ei homo quis con-
stituit me iudicem aut diuisorem super uos. [15] Dixitque ad illos
uidete et cauate ab omni auaritia quia non in omni abundantiam
cuius quam uitae eius est ex his quae possidet. [16] Dixit autem
similitudinem ad illos dicens hominis cuiusdam diuitis uberes fruc-
tus attulit [17] et cogitauit intra se dicens quid faciam quod non
habeo quo non congregem fructos meos. [18] Et dixit hoc faciam
destruam horrea mea et maiora faciem et illuc congregabo omnia
quae nata sunt mihi [19] et dicam animae meae. anima habes multa
bona epulare in annos multos. [20] Dixit autem illi dš. sulte hact

nocte repetunt animam tuam a te quae autem parasti cuius erunt.
21 sic est qui sibi tensaurizat et non est in dō diues. 22 Et dixit
ad discipulos suos ideo dico uobis nolite soliciti esse animae ue-
strae quid manducetis neque corpori quid uestiamini. 23 anima plus
est quam esca et corpus plus quam uestimentum. 24 Considerate
coruos quia non seminant neq' metunt quibus non est cellarium
neque horreum et ds̄ pascit illum (!) nonne uos pluris estis auibus.
25 Quis autem uestrum cogitando potest adicere ad staturam suam
cubitum 26 et de ceteris quid soliciti estis. 27 Considerate lilia
quomodo crescū non laborant non neunt neque texunt dico uobis
quoniam nec salomon in omni gloria sua sic uestiebatur sicut
unum ex istis. 28 Si ergo fenum quod hodie in agrum est et
cras in clibanum mittitur ds̄ sic uestit quanto magis uos minime
fidei. 29 et uos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis et
nolite sollicitі esse 30 haec enim gentes huius mundi querunt. scit
autem pater uester quoniam his indegetis. 31 uerumtamen querite
regnum dī et haec omnia adiicientur uobis.

XLI. 32 Nolite timere pusillus grex quia conplacuit patri
uestro dare uobis regnum. 33 Uendite quae possedetis et date
elemosinam facite uobis sacculum (!) qui non ueterescunt thensaurum
non deficientem in celis quo fur non adpropriat neque tinea cor-
rumpit. 34 nam ubi est tensaurus uester ibi erit et cor uestrum.
35 Sint lumbi uestri adcincti et lucerne ardentes in manibus ue-
stris 36 et uos similes hominibus expectantibus dom̄ suum quando
reuertatur a nuptiis ut cum uenerit et pulsauerit confestim ape-
riatis ei. 37 beati serui illi quos cum uenerit dn̄s inuenerit uigila(n)-
tes amen dico uobis quod precinget se et iubebit illos discumbere
et transiens et ministrauit illis. 38 et si uenerit uespertina uigilia
et ita inuenerit beati sunt quia iubebit illos discumbere et
transiet et ministrabit eis et si secunda et si tertia beati sunt.
39 illud autem scitote quia si sciret paterfamilias qua hora fur
uenit uigilaret et non sineret perfodiri domum suam. 40 Et uos
estote parati quia qua hora non putatis filius hominis uenturus
est. 41 Ait autem petrus dnē ad nos dicis hanc similitudinem an
et ad omnes. 42 Et dixit dms̄ quis est fidelis dispensator et pru-
dens quem constituit dms̄ super familiam suam ut det illis in tem-
pore tritici mensurā. 43 Beatus ille seruus quem cum uenerit
dominus inueniet ita facientem. 44 Uere dico uobis quoniam
supra omnia quae possidet constituet illum. 45 Quod si dixerit
seruus ille in corde suo dicens. moram facit dn̄s meus uenire et
coeperit percutere seruos et ancillas et edere et bibere et inebriari
46 ueniet dms̄ serui illius in die qua non sperat et hora qua

ignorat et diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponit. [47] Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem dm̄i sui et non preparauit secundum uoluntatem eius uapulabit paucas [48] omni autem cui multum datum est multum queretur ab eo et cui multum conmendauerunt plus petent ab eo.

XLII. [49] Nescitis quia ignē ueni mittere in terram et quid uolo si adcendatur. [50] baptisma habeo baptizari et quomodo túrbor usquedum perficiatur [51] putatis quod pacem ueni dare in terram non dico uobis sed separationem. [52] Erunt enim ex hoc quinque in domo una. Et duo in tres [53] diuidentur pater in filium et filius in patrem suum diuidetur mater in filiam et filiam (!) in matrem socrus in nurum suam et nurus in socrum suam. [54] Dicebat autem et ad turbas cum uideritis nubem ab orientem ad occasum statim dicitis nimbus uenit et ita fit. [55] cum uideritis austrum flantem dicitis quod estus erit et ita fit. [56] Hypocritae faciem caeli et terrae nostis probare hoc tempus autem non potestis probare. [57] Quid autem et a uobis ipsis non iudicatis quod iustū est. [58] Dum enim uadis cum aduersario tuo ad magistratum in uia da opera liberari ab illo ne forte condemnet te aput iudicem et iudex tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem. [59] dico tibi non exies inde donec etiam nouissimū quadrantem reddas.

XLIII. (c. 13) [1] Uenerunt autem ipso in tempore quidā nunciantes illi de galilaeis quorum sanguinem pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. [2] Et respondens ihs̄ dixit illis. putatis quod hi galilaei pre omnibus galilaeis fuerunt peccatores quia talia passi sunt [3] non dico uobis nisi penitentiā habueritis similiter peribi(ti)s. [4] sicut illi XVIII supra quos cecidit turres in siloam et occidit eos putatis quod soli ipsi debitores fuerunt preter omnes homines habitantes in hierusalē [5] non dico uobis si nō penitueritis similiter peribitis. [6] Dicebat autem hanc similitudinem. arborem ficus habuit quidam plantatam in uineam suam et uenit fructum querens in illam et non inuenit. [7] Dixit autem ad cultorem uineae ecce anni tres sunt ex quo uenio quaerens fructum in ficulnea hac et non inuenio succide ergo illam ut quid etiam terram euacuat. [8] Ad ille respondens et dixit dm̄e remitte illam et hoc anno usque dum fodiam circa illam et mittam chophinum stercoris [9] et siquidem fecerit fructum sin autem in futurum sudcides eam.

XLIV. [10] Erat autem docens in una synagoga sabbatis. [11] et ecce mulier quae habebat spm̄ infirmitatis annis decem et octo et erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. [12] Quam cum uideret ihs̄ uocauit eam ad se et ait illi mulier dimissa es ab infirmitate tua. [13] et imposuit illi manum et confestim erecta

est et magnificabat dm̄. 14 Respondens autem archisynagogus
indignans quod sabbato curasset ihs̄ dicebat turbae. sex dies sunt
in quibus oportet operari in his ergo uenite et curamini et non
die sabbati. 15 Respondens autem ad illum dms̄ dixit. hypocrite
unusquisque uestrum sabbato non soluit bouē suum aut asinum a
presepio et ducit adaquare 16 hanc autem filiam abrahae quam adli-
gauit satanas ecce dece(m) et octo annos non oportuit solui a uinculo
isto die sabbati. 17 Et cum haec diceret erubescebant aduersarii
eius et omnis populus gaudebat in preclaris quae uidebant fieri ab
ipso. 18 Dicebat ergo cui simile est regnum dei et cui simile
illud aestimabo 19 simile est grano senapis quod adceptum homo
misit in hortum suum et creuit et facta est arbor et uolucres caeli
requieuerunt in ramis eius. 20 Et iterum dixit cui simile aesti-
mabitur reguum dī 21 simile est fermento quod adceptum mulier
abscondit in farinam donec fermentatum est totum.

XLV. 22 Et ibat ihs̄ per ciuitates et castella docens et iter
faciens in hierusalem. 23 Et ait illi quidam dn̄e si pauci sunt
qui salui fiant ipse autem dixit ad illos. 24 Contendite intrare
per angustum hostium (!) quia dico uobis multi querunt intrare et
non poterunt. 25 cum autem intrauerit paterfamilias et cluserit ostium
et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes dn̄e aperi nobis
et responde(n)s dicens nescio uos unde sitis 26 tunc incipietis dicere
māducauimus coram te uiuimus et in plateis nostris docuisti. 27 sed
dicet uobis nescio unde sitis recede a me omnes operarii iniquita-
tis. 28 ibi erit fletus et stridor dentium cum uideritis abraham et
isac et iacob et omnes profetas introeuntes in regnum dī uos au-
tem expelli foras. 29 Et uenient ab oriente et occidentem (!) et
aquilone et austro et accumbent in regno dī. 30 Et ecce sunt
nouissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt nouissimi.

XLVI. 31 In ipsa die adcesserū quidam pharisaeorum di-
centes illi exi et uade hinc quia herodes uult te occidere. 32 Et
ait illis ite et dicite uulpi illi ecce eicio demonia et sanitates per-
ficio hodie et cras et sequenti consummabor 33 ite quia non capit
prophetam perire extra hierusalem. 34 hierusalem hierusalem quae
occidis prophetas et lapidas eos qui mittuntur ad te. Saepe uolui
congregare filios tuos quemadmodum gallina pullos suos sub alas
et noluistis. 35 Ecce relinquetur uobis domus uestra dico uobis
non uidebitis me donec uenia(t) cum dicetis benedictus qui uenit
in nomine dm̄i.

XLVII. (c. 14) 1 Et factum est ut intraret in domum
cuiusdam principis pharisaeorum sabbato manducare panem et ipsi
obseruabant eum. 2 Et ecce homo hydropicus erat ante illum.

3 et respondens ihš dixit ad legisperitos et pharisaeos dicens si
licet sabbato curare. 4 ad illi tacuerunt. Ipse uero adprehensum
eum sanauit ac dimisit illum. 5 et dixit ad illos cuius uestrum asi-
nus aut bus (!) in puteo cadit et non continuo extrahit illum die sab-
bati 6 et non poterant ad hec respondere illi. 7 Dicebant autem
et ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos discubitos
eligebant dicens ad illos 8 cum inuitatus quis fuerit ad nuptias nō
discunbat in primo in loco ne forte honoratior te sit uocatus 9 et
adcedens qui te [et] illum uocauit dicat tibi da huic locum et
tunc incipiens cum rubore nouissimum locum tenere. 10 Sed cum
uocatus fueris uade recumbe in nouissimo loco ut cū uenerit qui
te inuitauit dicat tibi amice adcede superius. tunc erit tibi gloria
coram simul discūbentibus 11 quia omnis qui se exaltat humiliabi-
tur et qui se humiliat exaltabitur. 12 Dicebat autem inuitatori
cum facis prandium aut cenā noli uocare amicos tuos neque fratres
tuos neque cognatos neque uicinos neque diuites ne forte te et
ipsi reinuitent et fiat tibi retributio 13 sed cum facis conuiuium
uoca pauperes debiles clodos et caecos 14 et beatus eris quoniam
non habe(n)t retribuere tibi retribuetur autem tibi in resurrectio-
nem iustorum. 15 Haec cum audisset quidam de simul discun-
bentibus dixit illi beatus qui māducabit panem in regno dī. 16
Ad ipse dixit ei homo quidam fecit cenā magnam et uocauit mul-
tos. 17 et misit seruum suum hora coenae ut diceret inuitatis uenite
iam paratum est. 18 et coeperunt omnes simul excusare se primus
dixit ei. uillam emi et necesse habeo exire et uidere illam rogo te
habe me excusatum. 19 Et alter dixit. iuga boum emi quinque
et eo probare illa uenire et ideo non possum 20 et alius dixit uxo-
rem duxi et ideo non possum uenire. 21 Et reuersus seruus
nunciauit haec dm̄o suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo
suo. exi cito in plateis et uicis ciuitatis et pauperes ac debiles
cecos et clodos introduc huc. 22 et ait seruus factum est dn̄e sicut
inperasti et adhuc locutus (!) est. 23 Et ait dmš seruo. exi in
uias et saepes et conpellere intrare ut inpleatur domus mea. 24
Dico autem uobis quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt
gustabunt. cenam meam.

XLVIII. 25 Ibant autem cum illo turbae multae et conuer-
sus dixit ad illos 26 si quis uenit et non odit patrem suum et ma-
trem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc etiam animā
suam non potest meus discipulus esse. 27 Et qui non tollit cru-
cem suam et uenit post me non potest esse meus discipulus. 28
Quis ex uobis uolens turrem aedificare nonne prius sede(n)s con-
putauit sumptus qui necessarii sunt si habet ad consummandum

[29] ne postea cum posuerit fundamentum et non potuerit explicare omnes qui uidebunt [30] dicent hic homo coepit aedificare et non potuit consummare. [31] Aut quis rex iturus conmittere bellum aduersus alium regem nonne sedens prius cogitat si potuerit cum decē millitibus obuiare ei qui cum uiginti millitibus uenit aduersum se [32] alioquin adhuc illo longe agente mittat legationem rogans pacem. [33] Sic ergo ex uobis qui non renunciat omnibus quae possidet non potest meus discipulus esse. [34] Bonum est sal. quod si sal euanuerit in quo condietur [35] neque in terra neque in sterculinio utile est sed foris mittetur. qui habet aures audiendi audiat.

XLIX. (c. 15) [1] Erant autem adpliciti illi omnes publicani et peccatores ut audirent illum. [2] Et murmurabant pharisaei et scribae quod hic peccatores reciperet et manducaret cum illis. [3] Et ait ad illos ihš similitudinem hanc dicens. [4] Quis ex uobis homo qui habet centum oues et si errauerit una ex illis nonne dimittet nonaginta et nouem in montibus in deserto et ibit ad illam quae errauit donec inueniat eam [5] et cum inuenerit eam imponit in umeros suos [6] et ueniens domum conuocat amicos et uicinos dicens illis. Congratulamini mecum quia inuenta est oue (!) mea quae perierat [7] dico uobis quod ita gaudium erit in caelo in uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta et nouem iustis qui non indigē penitentiam. [8] Aut que mulier habens dragmas decem si perdiderit unam nonne adcendet lucernam et scopis mundauit domum suam et querit diligenter donec inueniat. [9] Et cum inuenerit conuocat amicas et uicinas dicens. congratulamini mihi quod inueni dragmam quam perdideram [10] ita dico uobis gaudium erit coram angelis dī in uno peccatore penitētiam agente.

L. [11] Ait autem homo quidam habuit duos filios [12] et dixit illi adulescentior pater da mihi portionem substantiae quae me contingit. et diuisit illis substantias. [13] et non post multos dies congregatis omnibus adulescentior filius pelegre (!) profectus est in regionem longinquam et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. [14] Et postquam omnia consumpsit facta est famis per regionem illam et coepit et ipse egere. [15] et habiit (!) et adhesit uni ciuium regionis illius. et ille misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. [16] et cupiebat inplere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant et nemo illi dabat. [17] In se autem reuersus dixit quanti mercenarii patris mei abundant panibus ego autem fame hic pereo. [18] Surgam et ibo ad patrem meum et dicam illi pater peccaui in celo et coram te [19] iam non sum dignus uocari filius tuus fac me sicut unum ex mercenariis tuis. [20] Et surgens uenit ad patrem suum. cū autem adhuc longe esset uidit

illum pater ipsius et adcurrens cecidit supra collum eius et oscu-
latus est eum. 21 Dixitque ei filius pater peccaui in caelum et
coram te iam non sum dignus uocari filius tuus. 22 Dixit autem
pater eius ad seruos suos. Cito proferte stolam illam primam et
induite illum et date anulum in manum eius et calciamenta in pe-
dibus eius 23 et adducite uitulum illum saginatum et occidite et
manducemus et epulemur 24 quia hic filius meus mortuus fuerat
et reuixit perierat et inuentus est. et coeperunt aepulari. 25 Erat
autem filius eius iunior (!) in agro et cum ueniret et adpropiaret
domui audiuit synfoniam et chorum 26 et uocauit unum de seruis
et interrogabit quae essent. 27 Ad ille dixit illi frater tuus uenit
et occidit pater tuus uitulum illum saginatum quia saluum illum
recepit. 28 Indignatus est autem et noluit introire. pater uero
illius egressus coepit illū rogare. 29 Ad ille respondens dixit
patri suo ecce quod annis seruio tibi et nunquam mandatum tuum
preteriui et numquā dedisti mihi haedum ut cum amicis meis
aepularer. 30 Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit sub-
stantiam suam cum meretricibus uenit et occidisti illi uitulum sa-
ginatum. 31 Ad ipse dixit illi fili tu semper mecum es et omnia
mea tua sunt. 32 Aepulare autem nos et gaudere oportet quia
frater tuus hic mortuus erat et reuixit perierat et inuentus est.

LI. (c. 16) 1 Dicebat autem et ad discipulos suos homo
quidam erat diues qui habebat uilicum et hic diffa(ma)tus est aput
illum quod dissipauit bona eius. 2 et uocauit illum et ait illi quid
hoc audio de te redde rationem uilicationis tuae iam enim non
poteris uilicare. 3 Ait autem uilicus intra se quid faciam quia
dn̄s meus aufert a me uilicationē fodere non ualeo mendicare
erubesco. 4 Cognoui quid faciam ut cum amotus fuero a uilica-
tione recipiant me in domos suas. 5 Conuacatis itaque sīgulis
debitoribus domini sui dicebat primo quantum debes dn̄o meo. 6
Ad ille dixit centum batis (!) olei. dixitque illi adcipe litteras tuas et
sede cito scribe quinquaginta. 7 Deinde alio dixit tu quātum
debes ait centum choros tritici. Ait illi adcipe litteras tuas et
scribe octoginta. 8 Et laudabit dm̄s uilicum iniquitatis quod pru-
denter fecit. Dixit autem filii huius saeculi prudentiores sunt quā
filii lucis in hac generatione. 9 Et ego dico uobis facite uobis
amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant uos in
aeterna tabernacula. 10 Qui fidelis est in minimo et in maius
fidelis est. Et qui in modico fidelis est et in maius iniquus est.
11 Si ergo in iniquo mammona fidelis non fuistis. Quod uerum
est quis credet uobis. 12 Et si in alieno fidelis non fuistis quod
uestrum est quis dabit uobis.

LII. [13] Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut
enim unum odiet et alterum diliget aut uni ad(h)erebit et alterum
contempnet non potestis dō seruire et mamonae. [14] Audiebant
autem haec omnia pharisaei qui erant auari et deridebant illum.
[15] Et ait illis uos estis qui iustificatis uos coram hominibus dš
autem nouit corda uestra quia quod hominibus altum est abho-
minatio est ante dm̄. [16] Lex et prophetae usque ad iohannem
ex quo regnum dī euangelizatur et omnis in illud uim facit. [17]
Facilius est autem caelum et terram preterire quam de lege
unum apicem cadere. [18] Omnis qui dimittit uxorem suam et
ducit alteram moechatur et qui dimissam a uiro ducit moechatur.

LIII. [19] Homo autem quidam erat diues qui induebatur
purpuram et byssum et aepulabatur cottidie splen(dī)de. [20] et erat
quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ul-
ceribus plenus [21] cupiens saturari ex his que cadebat de mensa diui-
tis sed et canes ueniebant et lingebant ulcera eius. [22] Factum
est autem ut moreretur lazarus mendicus et portaretur ab angelis
in sinum abrahae. mortuus est autem et diues et sepultus est in
inferno. [23] Eleuans oculus(!) suos cum esset in tormentis. Uidet
abraham a longe et lazarum in sinū eius [24] et ipse clamans dixit.
Pater abraham miserere mihi et mitte lazarum ut intingat extremo
digito suo in aquam ut refrigeret linguam meam quia crucior in
hac flamma. [25] Et dixit illi abraham fili recordare [quia] rece-
pisti bona in uita tua et lazarus similiter mala nunc autem hic
consolatur tu uero cruciaris. [26] et [in] his omnibus inter nos et uos
chaū (!) magnum firmatum est ut hi qui ueniū hinc transire non pos-
sunt ad uos neque inde huc transmeare. [27] Et ait rogo ergo te
pater ut mittas in domum patris mei. [28] habeo enim quinque fratres
ut testetur illis ut ne et ipsi ueniant in hunc locum tormentorum.
[29] Et ait illi abraham habent moysen et profetas audiant illos.
[30] Ad ille dixit non pater habraham (!) sed si quis ex mortuis sur-
rexit persuadebit eis. [31] Ait autē illi si moysen et prophetas
non audiunt neque si quis ex mortuis ad illo ierit credent. (c. 17)
[1] Et ad discipulos suos ait. inpossibile est ut non ueniant scan-
dala uerum tamē uae illi per quem ueniant. [2] utilius est autem
illi ne nasceretur aut lapis molae inponatur circa collum eius et
proiciatur in mare quam ut scandalizet unum de pusillis istis. [3]
attendite uobis si peccauerit in te frater tuus increpa illum et si
penitentiam habuerit dimitte illi.

LIV. [4] et si septies in die peccauerit in te et septies in die
conuersus fuerit ad te dicens paenitet me dimitte illi. [5] Et dixe-
runt apostoli dn̄e auge nobis fidem. [6] Et dixit illis si habueritis

fidem tamquam granum senapis dicetis huic arbori eradicare et
transfretare in mare et utique obaudisset uobis. [7] Quis autem
uestrum habens seruum arātem aut oues pascentem qui regresso
de agro dicet illi transi recumbe [8] sed dicet illi para quod cenem.
Et preci(n)ge te et ministra mihi donec manducem et bibam et post
haec tu manducabis et bibis [9] numquid gratiā habet seruo quod
fecit quae sibi inperauerat. [10] Non puto. et uos cum feceritis
quae precepta sunt uobis dicitis serui inutiles sumus quod debui-
mus facere fecimus.

LV. [11] Et factum est dum iret in hierusalem transiebat per
mediam samariam et galilaeam et hierico. [12] Et ingressus est
in quondam castellum et ecce decem uiri leprosi steterunt a longe
[13] et leuauerunt uocem dicentes ihū preceptor miserere nobis. [14]
Quod ut uidit dixit. ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum est
dum uadunt mundati sunt. [15] Unus autem ex illis ut uidit quia
sanatus est regressus est cum magna uoce magnifica(n)s dm̄. [16] Et
cecidit ad pedes eius magnificans et hic erat sam̄aritanus. [17]
Respondens autem ihs̄ dixit hi decem mundati sunt nouem ubi
sunt ex illis [18] non erat qui rediret et gratias agere(t) dō nisi hic
alienigena. [19] Et ait illi surge et uade quia fides tua te sal-
uum fecit.

LVI. [20] Interrogatus autē a pharisaeis quando uenit regnum
dī. ait illis non uenit regnum dī cum obseruatione [21] neque dicent
ecce hic aut illic ecce enim regnum dī intra uos est. [22] Et ait
ad discipulos suos uenient dies ut desideretis uidere unū diem
filii hominis et non uidebitis. [23] et dicent uobis ecce hic et ecce
illic. nolite ire neque sectemini. [24] nam sicut fulgur coruscans de
sub celo. [25] Primum autem oportet illum multa pati et repro-
bari a generatione hac. [26] Et sicut factum est in diebus noe ita
erit et in diebus fili hominis. [27] sedebant et bibebant uxores duce-
bant nubebant usque in die quo intrauit noe in arcam et uenit
diluuium et perdidit omnes. [28] Similiter sicut factum est in die-
bus loth edebā et bibebant emebā uendebant plantabant aedifica-
bant [29] qua die autem exiit lot a sodomis pluit ignem et sulphur
de caelo et perdidit omnes [30] secundum haec erit in die filius ho-
minis que reuelabitur. [31] In illa hora qui fuerit in tecto et uasa
eius in domo ne descendat tollere illam et qui in agro similiter
non redeat retro [32] memores estote uxoris loth. [33] Quicumque
autem quesierit animam suam saluare perdet eam. Et quicumque
perdiderit illam propter me saluam faciet illam. [34] Dico uobis
in illa noctu(!) erunt duo in lecto. Unus adsumetur et alius relin-
quetur. [35] Duae molentes in unum una adsumetur et una

relinquetur duo in agro unus adsumetur et unus relinquetur. [36]
Et respondentes dixerunt illi ubi dñ › [37] quibus ipse dixit ubicūque
fuerit corpus illuc congregabuntur et aquilae.

LVII. (c. 18) [1] Dicebant autem etiā parabolam ad illos
quoniam oportet semper orare et non deficere [2] dicens. Iudex qui-
dam erat in quadam ciuitatem(!) qui dm̄ non timebat et hominem
non reuerebatur. [3] uidua autem quedam erat in ciuitate quae ue-
niens coepit ad illum dicere. uindica me de aduersario meo [4] et
nolebat per multum tempus. Post haec autem dixit intra se si
dm̄ non timeo nec hominem reuereor [5] tamen quia molesta est
mihi haec uidua uindicabo illam ne in nouissimo ueniat constri(n)-
gat me. [6] Ait autem dm̄s. audite quid iudex iniquitatis dicit [7]
ds̄ autē non faciet uindictam electorum suorum clamantium die ac
nocte et patientiam habebit in illis [8] dico uobis faciet cito uindic-
tam illorum. Tamen filius hominis ueniens putas inueniet fidem
in terram.

LVIII. [9] Dixit autem et ad quosdam qui sibi confidebant
tamquam iusti essent et spernabant ceteros similitudinem istam.
[10] Duo hominis ascenderunt in templo ut orarent. Unus phari-
saeus et unus publicanus. [11] Stans itaque pharisaeus sic orabat ds̄
gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores in-
iusti adulteri uelut etiam sicut hic publicanus. [12] Ieiuno bis in
sabbato decimas do omnium quaecumque possideo. [13] Et publi-
canus a longe stans nolebat nec oculos ad celum leuare sed per-
cutiebat pectus suum dicens dm̄e ds̄ propitiare mihi peccatori. [14]
Dico uobis descendit hic publicanus iustificatus in domū suam
magis quam ille phariseus. Quia omnis qui se exaltat humiliabi-
tur et qui se humiliat exaltabitur. [15] Adferebant autem ad illum
et infantes ut eos tangeret. quod cum uiderent discipuli increpa-
bant illos. [16] ihs̄ autem conuocās illos dixit sinite pueros uenire ad
me et nolite eos prohibere talium est enim regnum dī. [17] Amen
dico uobis quicumque non adceperit regnum dī sicut puer non
intrabit in illud.

LIX. [18] Et interrogauit autē eum quidam dicens magister
bone quid faciendo uitam aeternam possideo. [19] Dixit autem ei
ihs̄ quid me dicis bonum nemo bonus nisi solus ds̄. [20] Mandata
nosti. Non occides non adulteriū conmittes non furtum facies non
falsum testimonium dices honora patrem tuum et matrem. [21] Et ait
omnia custodiui haec a iuuentute mea. [22] Quod audito ihs̄ ait illi
ei adhuc unum deest tibi. Omnia quaecumque habes uende et da
pauperibus et habebis thensaurum in caelo et ueni sequere me.
[23] His ille auditis contristatus est quia diues erat ualde. [24] Uidens

autem illum tristem factum dixit ihš. Quam difficile qui pecu-
nias habent in regnum dī intrabunt. [25] Facilius est enim ca-
melum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regno
dī. [26] Et dixerunt qui audiebat et quis potest saluus fieri [27] ait
illiš ihš quae inpossibilia sunt apud homines possibilia sunt aput
deum. [28] ait autem petrus ecce nos relictis rebus nostris secuti su-
mus te. [29] quibus ipse dixit amē dico uobis nemo est qui relinquat
domū aut parentes aut fratres aut uxorē aut filios propter regnum
dī. [30] Qui non recipiat septies tantum in hoc tempore et in
saeculo autem uēturo uitam aeternam possidebit.

LX. [31] Adsumpsit autem ihš duodecim discipulos et ait
illis ecce ascendimus hierosolimam et consummabuntur omnia
que scripta sunt per prophetas de filio hominis. [32] Tradetur
enim gentibus et inludetur et expuent in eum et flagellatur [33] occi-
dent illum et tertia die resurget. [34] Et ipsi nihil horum intel-
lexerunt et erat uerbum absconditum ab eis ex his que dicebat.
[35] Factum est autem dum appropiaret hiericho et unus caecus
sedebat secus uiam mendicans. [36] et cum audiret turbam pretereun-
tem interrogabat quid hoc esset. [37] Dixerunt autem ei quod ihš
nazoreus transit. [38] Et exclamauit dicens ihū fili dauid mise-
rere mei. [39] et qui preibant increpabant eum ut taceret. Ipse uero
multo magis clamabat fili dauid miserere mei. [40] Stans autem
ihš iussit illum adduci et cum appropiasset interrogauit illum [41]
dicens quid tibi uis faciam. Ad ille dixit ut uideam dm̄e. [42] Et
respondens dixit illi ihš respice fides tua te saluum fecit. [43] Et
confestim uidit et sequebatur eum magnificaus dm̄. et omnis plebs
ut uidit dedit dō laudem. (c. 19) [1] Et ingressus perambulabat
hiericho.

LXI. [2] Et ecce uir nomine zaechaeus. Et hic erat prin-
ceps publicanorum et ipse diues erat [3] et querebat ihm̄ uidere quis
esset et non poterat pre turba quia statura pusillus erat. [4] et pre-
currens ascēdit in arborem sycomorum ut uideret illum. Quia
illa parte erat transiturus. [5] Et factum est dum transit ihš
uidit illum su(r)sum aspiciens et dixit ad eum zachaee festinaus
descende quia in domo tua oportet me manere hodie. [6] Et fe-
stinans descendit et excepit illum gaudens. [7] Et cum uiderent
omnes murmurauerunt quod ad hominem peccatorum diuertit ma-
nere. [8] Stans autem zacchaeus dixit ad dom̄. Ecce dimidium
bonorum meorum dm̄e do pauperibus. Et si quid alicui fraudaui
reddo quadruplum. [9] Ait autem ihš ad illos quod hodie salus
huic domui facta est eo quod et ipse filius sit abrabae. [10] Uenit
enim filius hominis querere et saluum facere quod perierat.

LXII. 11 Haec illis audientibus adiciens dixit similitudinem
eo quod esset prope hierusalem et quia existimarent quod confe-
stim regnum dī manifestaretur. 12 Dixit ergo quidam homo di-
ues habiit(!) in regionem longinquam accipere sibi regnum et reuerti.
13 Et uocauit seruos et dedit illis decem mnas. Et ait ad illos
negotiamini dum uenio 14 ciues autem eius oderant illum et mise-
runt legationem post illum dicētes nolumus hunc regnare super
nos. 15 Et factum est dum rediret adcepto regno et iussit uocari
seruos quibus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque negotia-
tus esset. 16 Uenit autē primus dicens dn̄e [decem] mna tua
decem mnas adquisiuit. 17 Et ait illi euge serue bone quia in
modico fidelis fuisti eris potestatem habens supra decem ciuitates.
18 Et alter uenit dicens [decem] mna tua fecit quinque mnas. 19
et ait et huic et tu esto supra quinque ciuitates. 20 Et alter
uenit dicens ecce [decem] dm̄e mna tua quam habui resposita in
sudario 21 quia timui te quia homo austerus es tollens quod non
posuisti et meties quod non seminasti. 22 Tunc dicit ei de ore
tuo te iudico . o . infidelis serue sciebas quod homo austerus sum
tollo quod nō posui et meto quod non seminaui 23 et quare non
dedisti pecuniam meam ad mensam ut ego ueniens cum usuris
utique exegissem illam. 24 Et astantibus dixit auferte ab illo
[decem] mnam et date illi qui habet decem mnas. 26 Dico autem
uobis quia omni habenti dabitur hab(!) eo autem qui non habet et
quod habet auferetur illi. 27 Uerumtamen dico uobis inimicos
meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc et in-
terficite ante me. 28 Et his dictis praecedebat ascendens in hie-
rosolymā.

LXIII. 29 Et factum est dum appropiaset bethphage et be-
thaniae ad montem qui uocatur oliuetum misit duos discipulos
suos 30 dicens ite in castellum quod contra est in quo introeuntes
inuenietis pullū asine adligatum in quo nemo sedit soluite illum
et adducite. 31 et si quis uos interrogauerit dicitis quia dm̄s ope-
ram eius desiderat. 32 Abierunt autem qui missi erant et inue-
nerunt sicut dixit illis ih̄s pullum stantem. 33 Et soluentibus
illis dixerunt dn̄i eius ad illos quid soluitis pullum. 34 Ad illi
dixerunt quia dmš eum opera eius desiderat. 35 Et duxerunt
illum ad ihm̄ et iactauerunt uestimenta sua super pullum inpo-
suerunt ihm̄. 36 Eunte autem illo substernebant uestimenta sua
in uia. 37 Et cum adpropiaret iam ad descensum montis oliueti
ceperunt omnes turbae gaudentes laudare dm̄ uoce magna 38 dicen-
tes benedictus qui uenit in nomine dm̄i benedictus rex pax in
caelo et gloriam in excelsis. 39 Et quidam phariseorum de turba

dixerunt ad illum magister increpa illos. 40 Quibus ipse dixit
dico uobis si hi tacuerī lapides clamabū. 41 et cum adpropiasset ui-
dens ciuitatem fleuit super illam dicens 42 qua si cognouisses tu et
quidem in hac die tua quae ad pacem tibi nunc uero abscondita
sunt ab oculis tuis. 43 quia uenient dies in te et circumdabunt te
inimici tui uallo et circumibunt te et obsidebū te undique 44 et ad
terram prosternent te et filios qui in te sunt et non relinquent
lapidem super lapidem in te uniuersa eo quod non cognoueris tem-
pus uisitationis tuae. 45 Et ingressus in templum coepit eicere
uendētes in illo et ementes et mensas nummulariorum effudit ca-
tedras uendentium columbas euertit. 46 dicens illis scribtum est.
Domus mea domus orationis est uos autem fecistis illā speluncam
latronum. 47 Et erat docens cottidie in templo. prīcipes autem
sacerdotum et scribae et principales plebis querebant illum per-
dere 48 et non inueniebant quid facerent illi. omnis enim populus
suspensus erat audiens illum.

LXIV. (c. 20) 1 Et factum est in una dierum docēte illo
populo in templo et euangelizante. Conuenerunt principes sacer-
dotum et scribae cū senioribus. 2 et aiunt dicentes ad illum dic
nobis in qua potestate haec facis aut quis est qui dedit tibi hanc
potestatem. 3 Respondens autem ihs̄ dixit ad illos interrogabo
et uos ego respondete mihi 4 baptismum iohannis de celo erat an
ex hominibus. 5 Ad illi cogitabant intra se dicentes. si dixeri-
mus de caelo dicet quare ergo non credidistis illi 6 si autem dixe-
rimus ex hominibus plebs uniuersa lapidabit nos certum enī est
iohannem prophetam fuisse. 7 et responderunt se nescire unde. 8
Et ihs̄ ait illis neque ego dico uobis in qua potestate haec facio.

LXV. 9 Coepit autem ihs̄ dicere ad plebem hanc parabo-
lam. uineam plantauit homo et locauit eā colonis et ipse pelegre
fuit multis temporibus. 10 et quodam tempore misit ad cultores ser-
uum suum de fructu uineae darent illi. coloni autem illum caesum
dimiserunt inanem. 11 Et addidit alterum mittere seruum. illi
autem hunc quoque caesum et sine honore dimiserū inanem. 12
Et addidit tertium mittere et illum uulneratum eiecerunt. 13
Dixit autem dn̄s uineae quid faciam mittam filium meum carissi-
mum forsitam (!) hunc uerebūtur. 14 Quem cum uiderunt coloni
cogitauerunt intra se dicentes. hic est heres occidamus illum ut
nostra fiat hereditas. 15 et eiectum illum extra uineam occiderunt.
quid ergo faciet illis dm̄s uineae 16 ueniet et perdet colonos istos
et dabit uineam aliis. Quod audito dixerunt illi absit. 17 Ille
autem aspiciens ait illi quid est ergo hoc quod scriptum est. lapi-
dem quem reprobaberunt(!) aedificantes hic factus est in caput anguli.

18 Omnis qui ceciderit supra illum lapidem conquassauitur supra
quem ceciderit autem conminuet illum. 19 Et querebant princi-
pes sacerdotum et scribae mittere in illum manus ipsa hora. Et
timuerunt populum cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit simi-
litudinem istam.

LXVI. 20 Et cum recessit sēsum (!) miserunt qui se iustos esse
simularent ut adprehēderent sermones eius. Et traderent illum
potestati et magistratui praesidis. 21 Et interrogauerū illum di-
centes. magister scimus quod recte dicis et non adcipis personam
sed in ueritate uiam dī docens. 22 licet nobis dare tributum caesari
(a)ut non. 23 Considerans autem ihs̄ dolum illorum dixit eis quid
me temptatis 24 ostendite mihi dinarium. cuius abet(!) imaginem et
scribtionem. Respondentes dixerunt caesaris. 25 Et ait illis ihs̄
reddite quae caesaris sunt caesari et quae dī sunt dō. 26 et non
potuerunt uerbum eius reprehēdere coram plebē et mirati in re-
sponso eius tacuerunt.

LXVII. 27 Accesserunt autem quidam sadduceorum qui
negant esse resurrectionem et interrogauerunt illum 28 dicētes ma-
gister moyses scribsit nobis si frater alicuius mortuus fuerit habens
uxorē et hic sine filius (!) fuerit ut adcipiat eam frater eius uxo-
rem et suscitet semen fratri suo 29 septem autem fratres erant aput
nos. Et primus adcepit uxorē et mortuus est sine filio. 31 et ter-
tius adcepit illam. similiter et omnis septem et non reliquerunt
filios. 32 Nouissime autem mortua est et mulier 33 in resurrec-
tione cuius erit uxor septem enim habuerunt illam. 34 Et ait
illis ihs̄ filii huius saeculi generantur et generant 35 ad hi qui digni
habentur seculi illius et resurrectiones ex mortuis neque nubunt
neque nubuntur 36 neque ducunt uxores neque enī morientur nam
sū similis angelis dī quia resurrectionis filii sunt. 37 Quo-
niam uero resurgunt mortui et moyses ostendit uidi in rubo
sicut dixit dom̄ dm̄ abraham et dm̄ isac et dm̄ iacob. 38 ds̄ ergo
mortuorum nō est sed uiuorum omnes enim uiuent ei. 39 Re-
spondentes autem quidam scribarum dixerunt magister bene dixi-
sti. 40 et amplius non sunt ausi eum quicquam interrogare. 41
Dixit autem ad illos ihs̄ quomodo dicū xpm̄ filium dauid esse.
42 Et ipse dauid dixit in libro psalmorum. Dicit dm̄s dm̄o meo
sede a dextris meis 43 donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.
44 Si dauid in spū dom̄ illum uocat quomodo filius eius est.

LXVIII. 45 Audiente autem omni populo dixit ihs̄ ad dis-
cipulos suos 46 adtendite uobis a scribis qui uolunt ambulare in
stolis et amant salutationis(!) in foro et primas cathedras in foro
et primos discubitos in couiuiis 47 qui fingentes longā orationem

et deuorant panes uiduarum. hi accipient damnationem maiorem.
(c. 21) 1 Respiciens autem ihs̄ uidit eos qui mittebant munera
sua in gazophylacium diuites. 2 Uidet autem et quandam ui-
duam pauperculam mittentem aera minutam duo. 3 Et dixit
uere dico uobis uidua haec paupercula plus quam omnes misit.
4 nam omnes ex abundāti miserunt in munera dī haec autē ex eo
quod deest illi omnem uictum suum quem habuit misit.

LXIX. 5 Et quibusdam dicētibus de templo quod lapidi-
bus bonis et donis ornatum est dixit 6 haec uidetis uenient dies in
quibus non relinquetur lapis super lapidem hic in parietē qui non
destruatur. 7 Interrogauerunt autem illum dicentes preceptor
quando haec erunt et quod signum cum futura erunt. 8 Qui au-
tem dixit uidete ne seducamini multi enim uenient in nomine
meo dicentes quod ego sum xps̄ et tempus adpropiauit nolite ire
post illos. 9 Cum autem audieritis proelia et seditionis(!) nolite
terreri oportet haec primum fieri sed nondum statim finis illis. 10
Nam surget gens cōtra gentem et regnum aduersus regnum 11 et
terri(!) motus magni erunt per loca et pestilentiae et fames terro-
resquae(!) de caelo et signa magna erunt et tempestates. 12 ∖ Sed
ante haec omnia iniicient uos manus suas et persequētur tradentes
in synagogas et custodias ducentes ad reges et presides propter
nomen meum 13 continget enim uobis in testimonium. 14 Ponite
ergo in cordibus uestris non premeditari quemadmodum respon-
deatis 15 ego enim dabo uobis os et sapientiam cui non poterū re-
sistere aduersarii uestri. 16 Tradimini autem a parentibus et fra-
tribus et cognatis et amicis et morte adficient ex uobis 17 et eritis
odio omnibus hominibus propter nomen meum 18 et capillus de ca-
pite non peribit. 19 in uestra patientia adquiretis animas uestras.

LXX. 20 Cum autem uideritis circumdari ab exercitum hie-
rusalem tunc scitote quia adpropiauit desolatio eius 21 tunc qui in
iudaea sunt fugiant a facie eius in montibus qui in medio eius
discedat et qui in regionibus non intrent in eam 22 quia dies ultio-
nis hi sunt ut inpleantur omnia quae scripta sunt. 23 uae his quae
in utero habent et ubero dant in illis diebus erit enī supra terram
pressura magna et ira populo huic. 24 et cadent in ore gladii et
capti ducentur in omnibus gentibus et hierusalem calcabitur a na-
tionibus dum inpleantur tempora gentium. 25 Et erunt signa in
sole et luna et stellis et in terris pressura gētium pre confusione
sonitus maris et fluctuum 26 arescentibus hominibus pre timore ex-
pectatione quae superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes quae
in caelo sunt mouebuntur. 27 Et tunc uidebunt filium hominis
uenīētem in nubibus cum potestate magna et maiestate. 28 his autem

incipientibus fieri respirabitis et leuabitis capita uestra quoniam
adpropiat redemptio uestra. 29 Et dixit illis similitudinem. ui-
dete ficulneam et omnis arboris 30 cum producū iam ex se fructum
scitis quia prope est aestas. 31 ita et haec cum uideritis fieri scitote
quoniam prope est regnum dī. 32 Amen dico uobis quia non
preteriit generatio haec donec omnia fiant. 33 Caelum et terram (!)
transibunt uerba autem mea non preteribunt. 34 Adtendite autem
uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate cogi-
tationibus secularibus et superueniat in uobis repentina dies illa
35 tamquam laqueus enim superuenient enim in omnes qui sedent
supra faciem terrae. 36 Uigilate itaque omni tempore orantes ut
digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt et stabatis ante
filium hominis.

LXXI. 37 Erat autem inter die docens inter die in templo
noctibus uero exiens uocabatur in montem qui uocatur olíueti. 38 Et
omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. (c. 22).
1 Adpropiauit autem dies festus azymorum qui dicitur phascha (!)
2 et querebant principes sacerdotum et scribae quomodo eū interfi-
cerent timebant uero plebem. 3 Intrauit autem satanas in iudam
qui cognominabatur iscarioth unum de duodecim 4 et abiit et lo-
cutus est cum prīcipibus sacerdotum et scribis quomodo illum tra-
deret. 5 Et pacti sunt pecuniā illi darent. 6 et querebat opportu-
nitatem temporis ut traderet illum et sine turba. 7 Uenit autem
dies pasche in qua necesse erat inmolari in pascha.

LXXII. 8 Et misit petrum et iohannem dicens euntes pa-
rate nobis pascha ut manducemus. 9 Ad illi dixerunt ubi uis
paremus tibi pascha. 10 Et dixit ad illos ecce introeuntibus uo-
bis in ciuitatem occurret uobis homo amphoram aquae portans
sequimini eum in domum in quam intrant. 11 et dicetis paterfami-
lias. dicit tibi magister ubi est diuersoriū ubi phasca (!) cum discipu-
lis meis manducem. 12 Et ille uobis ostendit in superioribus lo-
cum stratū magnum ibi parate. 13 Euntes autem inuenerunt si-
cut dixit illis et parauerunt pascha. 14 Et cum facta esset hora
discubuit et apostoli cum illo 15 et ait illis desiderio desideraui hoc
pascha māducare uobiscum antequam hoc patiar. 16 Dico enim
uobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno
dī. 17 Et adcepto calice gratias eget et dixit adcipite hoc et di-
uidite inter uos 18 Dico enim uobis quod non uibam (!) de genera-
tione uitis donec regnum dī ueniat. 19 Et adcepto pane gratias
egit et fregit et dedit illis dicens hoc est corpus meum uerum.
21 Tamen ecce manus tradētis me mecum in mensam. 22 Et
quidem filius hominis secundum quod perscriptum est uadit

uerumtamen uae illi homini per quem tradetur. [23] et ipsi conquirebant inter se quis esset hoc facturus.

LXXIII. [24] Facta est autem et contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior. [25] Dixit autem eis ihs̄. reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habet bene gerentes eorum benigni uocantur. [26] Uos autem non sic sed qui maior est in uobis fiat sicut minor et qui precessor est sicut ministrator. [27] quis enim maior qui recunbit aut qui ministrat in gentibus quidem qui recumbit in uobis autem non sic sed qui ministrat ego autem in medio uestro sum quasi minister. [28] Uos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis [29] et ego quidem dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum [30] ut edatis et uibatis super mēsam meam in regno meo. Et sedeatis super duodecim tronos iudicantes duodecim tribus istrahel.

LXXIV. [31] Ait autem dm̄s petro. simon simon ecce satanas expetiuit uos uentilet sicut triticum [32] rogaui pro te ut non deficiat fides tua et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos et rogate ne intretis in temptationem. [33] Dixit autem et petrus dn̄e tecum paratus sum et in carcerem in mortem ire. [34] Ad ihs̄ dixit ei. dico tibi petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges me. Et dixit eis [35] quando misi uos sine sacello et pera et calciamentis numquid aliquid defuit uobis [36] ad illi dixerunt nihil. Dixit ergo. sed nunc qui habet sacellum tollat similiter et peram et qui habet tunicam uendat eam et emat gladium. [37] dico enim uobis quoniam adhuc hoc quod scribtum est oportet inplere (!) in me quod ut cum iniquis deputatus est. et de me que sunt finem habent. [38] Ad illi dixerunt. dn̄e ecce duo gladii hic. ad ille respondit eis satis est.

LXXV. [39] Et egressus inde ibat secundum cōsuetudinem suam in montem olíueti. secuti sunt autem eum et discipuli eius. [40] Et cum peruenisset ad locum dixit illis orate ne intretis in temptationem. [41] Et ipse auolsus (!) est ab eis quantum iactum lapidis. Et positis genibus orabat [42] dicēs pater non mea uoluntas sed tua fiat si uis transfer hunc calicem a me. [43] Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum. et factus in agonia prolixius orabat. [44] et factus est sudor eius tamquam guttae sanguinis decurrentis in terram. [45] Et cum surrexisset ab orationem et uenisset ad discupulos suos inuenit eos dormientes pre tristitia. [46] et ait illis quid dormitis surgite orate ne intretis in temptationem.

LXXVI. [47] Adhuc autem illo loquente ecce turba et qui uocabatur iudas unus de duodecim antecedebat eos et appropians

osculatus est ihm̄. [48] dixit illi ihs̄ iuda osculo filium hominis tra-
dis. [49] Quod cum uiderent hi qui circa ipsum erant quod fie-
bant dixerunt ei dn̄e si percutimus in gladio. [50] Et percussit
unus ex illis seruum principis sacerdotum et amputauit auriculam
eius dextram. [51] Ait autem ihs̄. sine usque hoc. et extendit ma-
num suam ihs̄. et tetegit auriculam et reintegrata est auris eius.
[52] Et ad eos qui [ad] se uenerant dixit ihs̄ principibus sacerdo-
tum et magistratibus templi et senioribus quasi ad latronem exi-
stis cum gladiis et fustibus [53] cum cotidie uobiscum fueram in
templo non extendistis in me manus sed haec erit hora uestra et
potestas tenebrarum. [54] et conprehensum illum duxerunt in domum
principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur illum a longe. [55]
Accenso autem igni in medio atrio et circumsedentibus se dixit et
petrus in medio eorum. [56] Quem ut uidit ancillam (!) sedente(m) ad
lumen intuens illū et dixit et hic de eis est qui cum ipso erā
senper (!) [57] Ad ille negauit et dicens. mulier non noui illum.
[58] Et iterum post pusillum uidens eum alius dixit homo et tu
cum illo eras semper. Qui respondit non sum ego. [59] Et inter-
uallo facto horae unius alius quidam contendens dixit uere et hic
cum illo erat nam et galileus est. [60] Et ait petrus homo nescio
quod dicas. Et continuo illo loquente cantauit gallus. [61] Et
cōuersus dn̄s respexit petrum. et rememoratus est petrus uerbum
dnī sicut dixit illi prius quā gallus cantet ter me negabis hodie.
[63] et uiri qui tenebant illum [64] et uelauerū eum et percutiebant eum
et inludebā eum et interrogabant eum dicentes prophetiza qui te
percussit [65] et alia multa blasphemantes dicebant ad eum.

LXXVII. [66] Et ut factus est dies conuenit praesbiterium
plebis et principis (!) sacerdotum et scribae et duxerunt illum in cō-
silium suum et interrogabant eum dicentes si tu es xps̄ dic nobis.
[67] Et ait illis si uobis dixero non creditis mihi [68] si interrogauero
uos non respondetis mihi neque dimittetis. [69] Ex hoc autem erit
filius hominis sedens a dextris uirtutis dī. [70] Et dixerunt omnes
ergo tu es filius dī. ait autem illis uos dicitis quod ego sum. [71]
Ad illi dixerunt quid adhuc desideramus testimonium ipsi enim
audiuimus de ore eius. (c. 23) [1] Et surgens omnis multitudo
illorum duxerunt illum ad pilatum. [2] Coeperunt autem adcusare
illum dicētes. hunc inuenimus subuertentem gentem nostram et
soluentem legem nostram et prophetas et prohibentem tributam (!)
dare caesari dicentem se xpm̄ esse regē. [3] Pilatus autem audi-
ens interrogauit eum dicens tu es rex iudaeorum. Ad ille respon-
de(n)s ait tu dicis. [4] Ait autem pilatus ad principes sacerdotum et
turbas nihil inuenio causae in hoc homine. [5] Ad illi inualescebā

dicentes conmouet populum docens in uniuersa iudaea incipiens a
galilaea usque huc. [6] Pilatus autem audiens galileam interroga-
uit si a galilea homo esset. [7] Et ut quod cognouit quod de he-
rodis potestatem est remisit illum ad herodem quia hierosolymis
erat illis diebus. [8] Herodis autem uiso ihū gauisus est ualde
erat enim cupiens illum uidere ex multo tempore. Eo quod au-
diret multa de illo et sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri.
[9] Interrogabat autem illum multis sermonibus. ad ipse nihil illi
respondebat. [10] Stabant autem principis(!) sacerdotum et scribae
constanter accusantes eū. [11] Spreuit autem illum herodes cum
exercitibus suis et inlusit et indutum illū uestem albam remisit ad
pilatum. [12] tunc amici facti sunt herodes et pilatus ipsa die nam
ante inimici fuerunt ad inuicem. [13] Pilatus autem conuocatis
principibus sacerdotum et senioribus plebis [14] dixit ad illos obtuli-
stis hunc hominem mihi. Quasi auertentem populum et ecce ego
coram uobis interrogans nullam causam inuenio in hominem(!) isto
ex his de quibus adcusatis eum. [15] sed neque erodes(!) nam remisi
uos ad illum. Ecce nihil dignum morte actū est illi. [16] Emen-
datū ergo illum dimittam. [17] Necesse autem habebat dimittere
eis per diem festum unum. [18] Exclamauit autem simul uniuersa
turba dicens tollo hunc et dimitte nobis barabbam. [19] Qui erat
propter seditionem quamdam factam in ciuitatem et homicidium
missus in carcerem. [20] Iterum autem pilatus locutus est ad illos
uolens dimittere ihm̄. [21] Ad illi subclamabant dicentes crucifige
illum. [22] Ille autem tertio dixit ad illos quid enim mali fecit
iste. Nullam causā mortis inuenio in illo corripiam ergo illum et
dimittam. [23] Ad illi instabant uocibus magnis postulantes ut
crucifigeretur et inualescebant uoces eorum. [24] Et pilatus adiu-
dicabit fieri petitionem ipsorum. [25] dimisit autem illis eum qui prop-
ter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem ihm̄ uero
tradidit uoluntati eorum. Susceperunt ergo ihm̄ et portans sibi
crucem ducebatur.

LXXVIII. [26] Et cum ducerent eum simonem quemdam
cyrenensem uenientem de uillam adprehenderunt eum. Et inpo-
suerunt illi crucem portare post ihm̄. [27] sequebatur autem illum
multitudo populi et mulierum quae plangebat et lamentabant. [28]
Conuersus autem ad illas ihs̄ dixit. filiae istrahel nolite flere me
sed uos ipsas flete et filios uestros. [29] Quoniam ecce uenient
dies in quibus dicent beatae sterelis et uentres que non genuerunt
et ubera quae non nutrierunt. [30] tunc incipere dicent montibus
cadite super nos et collibus operite nos. [31] quia si in humido ligno
haec faciunt in arido quid fiet. [32] Ducebantur autem duo latrones

cum illo ut crucifigerentur. 33 et postquam uenerunt in locum qui
dicitur caluariae et ibi crucifixerunt eum et latrones unum ad dex-
tram et alius ad sinistram. 34 ihs̄ autem dicebat pater dimitte illis
non enim sciunt quid faciant diuidentes etiam uestimenta eius
miserunt sortes. 35 Et stabat populus exspectans et deridebant
eum principis (!) dicentes alios saluus (!) fecit nunc se saluū faciat si
hic est xps̄ electus dī. 36 deludebant autem illum. Et milites ad-
cedentes et acetum offerebant illi 37 dicentes tu es rex iudaeorum
libera te. 38 Erat autem superscribtio scribta super illum litteris
grecis et hebreicis rex iudaeorum hic est. 39 Unus etiam de
pendentibus latronibus blasphemabant dicens nonne tu es xps̄
libera te et nos. 40 Respondens autem alter increpabat illum di-
cens nec tu times dm̄. quod in eadem damnatione est (!) 41 Et
nos quidem iuste nam digna factis recipimus. Hic uero nihil
mali gessit. 42 et dicebat ad ihm̄ dn̄e memor esto mei cum ueneris
in regnum tuum. 43 Et dixit illi ihs̄ amen dico tibi odie (!) mecum
eris in paradiso. 44 Et erat fere hora sexta et tenebrae facte
sunt in uniuersa terra usque in horam nonam. 45 et obscuratus est
sol. Et uelum templi scissum est medium. 46 Et clamans ihs̄
uoce magna dixit. pater in manus tuas conmendo spm̄ meum. et
haec dicens tradidit spm̄. 47 Uidens autem centurio et qui cum
eo erant. quod fiebat magnificabant dm̄ dicentes uere hic homo
iustus erat. 48 Et omnis turba que simul erat ad spectaculum
istud qui uidebant quae fiebant percutientes pectora sua reuerte-
bantur. 49 Stabant autem omnes noti eius a longe et mulieres
quae ibi erant quae secutae erant illum a galilaea haec uidentes.
50 Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio iustus et bonus 51
hic non erat consens consilio et actibus eorum ab arimatia ciui-
tate iudaeae qui et ipse expectabat regnum dī. 52 Hic adcessit
ad pilatum et petiit corpus ihū 53 et depositum inuoluit illum in
sindonem et posuit eum in monumento exciso in quo nondum
quisquā positus erat. 54 et dies erat cena pura et sabbatum inlu-
cescebat. 55 Subsecutae autem mulieres quae cum ipso uenerant
de galilea uiderunt monumentum et quemadmodum positum erat
corpus eius. 56 et reuertentes parauerunt aromatam (!) et unguenta
sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

LXXIX. (c. 24) 1 Una autem sabbati uenerunt ualde de-
luculo ad monumentum portantes quae parauerant 2 et inuenerunt
lapidem reuolutum a monumento. 3 et ingresse autem non inuene-
runt corpus. 4 et factum est dum mente contristarentur de isto.
Ecce duo uiri steterunt sicut (!) illas in ueste splendida. 5 Cum
timerent autem et declinarent uultum in terram dixerunt ad illas

quid queritis uiuentem cum mortuis. [6] Rememoramini qualiter
locutus sit uobis. Cum adhuc in galilea esset [7] dicens. Quia opor-
tet filium hominis tradi in manus hominum et crucifigi et tertia
die resurgi. [8] Et rememorati sunt uerborum horum. [9] Et
egresse nuntiauerunt haec omnia illis undecim et ceteris omnibus.
[10] erat autem maria magdalenae et iohanna et maria iacobi et ce-
tere que cum ipsis fuerant haec dicebant ad apostolos. [11] et uisa
sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista et non credebant
illis. [12] Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum et aspi-
ciens uidet linteamina posita sola et abiit aput semetipsum mirans
factum. [13] Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellū quod
aberat spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine ammaus
et cleophas [14] et ipsi fabulabantur de his omnibus quae adciderant.
[15] Et factum est dum fabularentur. Et ipse ihs̄ superuenit et
ibat cum illis [16] oculi autem illorum tenebantur ne eum agnosce-
rent. [17] Et ait ad illos qui sunt isti sermones quos confertis ad
inuicem ambulantes et estis tristes. [18] Et respondens unus ex
ipsis cui nomen cleophas dixit ei tu solus perlegrinus in hierusa-
lem non cognouisti quae facta sunt in illa in his diebus. [19] Ad
ille dixit que et illi dixerunt. de ihū nazaraeo quid (!) fuit propheta
uir potens in opere et sermone coram dō et omni populo [20] quo-
modo hunc tradiderunt principes sacerdotum in damnationem mor-
tis et crucifixerunt eum [21] nos autem speramus quia ipse incipit
liberare istrahel. Et nunc tertia dies hodie ut haec facta sū. [22]
et his omnibus mulieres quedam ex nostris terruerunt nos quae
ante lucem fuerunt ad monumentum [23] et non inuento corpore eius
uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse qui dicunt
eum uiuere. [24] Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum
et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum uero non uide-
runt. [25] Et ipse dixit ad illos o. stulti et tardi corde ad cre-
dendum in omnibus que locuti sunt prophetæ [26] nonne haec opor-
tuit xpm̄ pati et intrare in gloriam suam. [27] Et erat incipiens
a moysen (!) et omnibus prophetis interpretans illis in omnibus scrip-
turis quae de ipso erant. [28] Et appropiauerunt castella quo ibant
et ipse finxit se longius irae (!). [29] Et coegerunt illum dicentes
mane nobiscum quoniam aduesperatum (!) iam declinauit dies. et in-
trauit cum illis. [30] Et factum est dum iam recumbit cum eis acce-
pit panem et benedixit et fregit et porrigebat illis. [31] et aperti sunt
oculi eorum et cognouerunt eum. ipse autem nusquam conparuit ab
eis. [32] Et dixerunt ad inuicem nonne cor uestrum (!) erat in nobis
ardens in uiam cum aperiret nobis scribturas. [33] Et surrexe-
runt ipsa hora et egressi sunt in hierusalem et inuenerunt

congregatos illos undecim et eos qui cum illos (!) erant [34] dicentes
quod uere surrexit a mortuis dm̄s et uisus est a simone. [35] Et
ipsi narrabant quae gesta erant in uia et quomodo cognouerunt
eum in fractionem panis. [36] Dum haec autem locuntur ipse
stetit in medio eorum [37] conturbatique et conterriti existimabant
se spm̄ uidere. [38] Dixit autem ad illos quid turbati estis et
quare cogitationes ascenderunt in corda uestra [39] uidete ecce manus
meas et pedes meos quia ego ipse sum palpate et uidete quia sps̄
carnem et ossa non habet sicut me uidetis habere. [41] Adhuc
autem non credentibus et mirantibus prae gaudio dixit habetis hic
aliquid manducare. [42] Ad illi optulerunt ei partem piscis assi et
fauum mellis. [43] et cum manducans coram ipsis [44] dixit ad eos.
Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos cum adhuc essem uo-
biscum quoniam necesse est inpleri omnia que scribta sunt in lege
moysi et prophetis et psalmis de me. [45] Tunc aperuit illis sen-
sum ut intelligerent ea quae scribta sunt. [46] Et dixit eis quo-
niam si scribtum est xpm̄ pati et resurgere a mortuis [47] et predi-
care in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in
omni gente. Incipientibus ab hierosolyma. [48] uos autem testes es-
tis horum. [49] et ego mitto promissa patris mei in uos uos autem
sedete in ciuitatem quoadusque induamini uirtutem ab alto. [50]
Eduxit autem eum (!) foras in bethaniam et eleuatis manibus be-
nedixit eos. [51] Et factum est dum benediceret illos recessit ab
eis [52] et ipsi regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno [53] et
erant semper in templo laudantes et dm̄.

expl. euangelium sec. lucanum incp. euangelium secundum marcum.

(euangelium secundum marcum).

I. (c. 1) [1] Initium euangelii ihū xpī filii dī. [2] sicut scribtum
est in eseia (!) propheta. ecce mitto angelum meum ante te et ante
faciem tuam qui preparauit uiam tuam ante te. [3] Uox claman-
tis in deserto parate uiā dn̄i rectas facite semitas dī nostri. [4]
Fuit iohannes in deserto baptizans et predicans baptismum peni-
tentiae in remissionem peccatorū. [5] Et egrediebatur ad illum
omnis regio iudaeae et omnes hierosolymitae et baptizabantur ab
illo in iordanen confitentes peccata sua. [6] Erat autem iohannes
uestitus pilos camelli et locustas et mel siluestrae edens qui predi-
cabat dicens. Ego quidem baptizo uos in aquam [7] ueniet fortior
me cuius non sum dignus procumbens soluere corrigia calceamen-
torum eius. [8] ipse uos baptizauit in spū scō. [9] Factum est autem
in illis diebus uenit ihs̄ a nazareth galilaeae et baptizatus est in
iordannen ab iohanne. [10] Ascendens autem de aqua uidit aper-
tos caelos et spm̄ tanquam columbam descendētem et manentem

super illum. 11 Et uox de caelis. tu es filius meus carissimus in
te conplacui. 12 Et protinus spš tulit eū in deserto. 13 Et
erat in deserto XL diebus et temptabatur a satana et erat cum
besteis(!) et angeli ministrabant ei.

II. 14 Et postquam traditus est iohannes uenit ihš in gali-
laeam predicans euangelium dī. 15 Dicens quoniam impleta sunt
tempora et appropiauit regnum dī paenitemini et credite in euan-
gelium. 16 Et preteriens secus mare galilaeae uidit simonem et
andream fratrem eius iactantes retiam in mare erant enim piscato-
res. 17 Et dixit illis ihš. uenite post me et faciam uos fieri pis-
catores hominum. 18 Et protinus relictis omnibus secuti sunt eum.
19 Et progressus pusillum uidit iacobum zebedei et iohannē fra-
trem eius et ipsos in nauiculam aptātes retiam. 20 Et uocauit
illos. qui statim relicto patre suo zebedaeo in nauiculam cum mer-
cenariis secuti sunt eum. 21 Et ingrediuntur capharnaum et sta-
tim ingressus sabbatis in synagogam docebat eos. 22 et stupebant
super doctrinam eius erant enim docens eos ut potestatem habens
non sicut scribae. 23 Erat autem homo in synagoga in spū in-
mundo et exclamauit 24 dicens quid nobis et tibi ihū nazarene
uenisti perdere nos. scio te qui sis sanctus dī. 25 Et conminatus est
ei ihš dicens ommutesce et exi de homine spš inmunde. 26 et exiit
decerpens eum spš inmundus et exclamans uoce magna discessit ab
eo. 27 Et mirati sunt omnes et conquirebant quenam esset haec
doctrina potestatis et quoniam spiritibus inmundis imperat et obau-
diunt illi 28 et exiit rumor iste in omnem regionem galileae.

III. 29 Et egressus autem de synagoga ihš uenit in domum
simonis et andreae cum iacobū et iohannē. 30 decumbebat autē
socrus simonis febricitans et retulerunt illi de illa. 31 et adcessit ad-
prehensa manu eius eleuauit eam et continuo reliquid eam febris
et ministrabat eis. 32 Uespere autem facto esset et occidisset sol
adferebā ad eum male habentes uariis languoribus et demoniis ad-
prehensum 33 et omnis ciuitas conueniebat ad ianuam eius. 34 et
curabat multos male habentes uariis languoribus et qui demonia
habebant et eiciebat illa ab eis et non sinebat ea loqui quoniam
sciebant eum. 35 Et diluculo exsurge(n)s abiit in desertum locum
ibique orabat. 36 Et consecuti sunt illum simon et qui cum eo
erant. 37 Et cum inuenissent illum dixerunt ei quia omnis quae-
runt te. 38 Et ait illis. eamus in proximos uicos et ciuitates ad
predicandū ad hoc enim ueni. 39 Et erat predicans in synagogis
eorum et in omnibus finibus galileae et demonia eiiciens.

IV. 40 Et uenit ad eum leprosus deprecans eum et dicens
dñe si uis potest me mundare. 41 et iratus extendens manum

suam et tangens eum dixit uolo mundare. [42] et confestim dis-
cessit lepra ab eo et mūdatus est. [43] et comminatus est ei statim
dimisit eum [44] et dicit ei uide nemini dixeris sed uade ostende
te sacerdotibus et offers pro emundationē tuam quae precepit moy-
ses in testimonium illis. [45] Ille uero egressus coepit predicare
et diffamatum sermonem ita ut iam non posset manifeste introire
in ciuitatem sed foris in desertis locis esse et conueniebat ad eum
undique.

V. (c. 2) [1] Et intrauit iterum capharnaum post dies [2] audi-
tum est quod in do(mo) esset et confestim multi conuenerunt ita
ut iam non caperet usque ad ianuam et loquebatur ad eos uerbum.
[3] Et uenerunt ad eum adferentes paralyticum qui portabatur
a quatuor. [4] et cum non possent adcedere pre turba denudauerunt
tectum ubi erat ihs̄ et summiserunt grabatum in quo iacebat pa-
ralyticus. [5] Uidens autem ihs̄ fidem illorum ait paralytico fili
remittuntur tibi peccata. [6] Erant autem illic quidam de scribis
sedentes et cogitantes in cordibus suis [7] quid hic sic loquitur blas-
phemat quis potest dimittere peccata nisi solus ds̄. [8] Quo cog-
nito ihs̄ in spū quid cogitarent intra se dixit. quid cogitatis in cor-
dibus uestris. [9] Quid est facilius dicere paralytico. surge et tolle
grabatum tuum et uade in domum tuam aut dicere dimittuntur
tibi peccata tua. [10] Ut sciatis autem quia potestatem habet filius
hominis in terra dimittendi peccata ait paralytico [11] tibi dico. surge
tolle grabatum tuum et uade in domum tuam. [12] Ille uero sur-
gens statim sublato grabato suo coram omnibus abiit ita ut admi-
rarētur omnes et honorificarent dm̄ dicentes quoniam numquam
taliter uidimus. [13] Et exiit ihs̄ iterum ad mare et omnis turbae
ueniebant ad eū et docebat eos. [14] Et cum preteriret uidit ia-
cobum (!) alphaei sedentem ad theloneum. Et ait illi sequere me
et exsurgens secutus est eum.

VI. [15] Et factum est accumbentibus illis in domo eius
multi publicani et peccatores simul recunbeba(n)t cum ihū et disci-
pulis eius erant enim multi qui et secuti erant eum. [16] scribae au-
tem et pharisaei uiderunt quia cum publicanis et peccatoribus
manducat. Et dicebant discipulis eius quare cum publicanis et
peccatoribus manducat. [17] Ihs̄ autem hoc audito dixit. non egenis
sani medico sed qui male habent non enim uocare ueni iustos sed
peccatores. [18] Et erant discipuli iohannis et pharisaei ieiunantes
et uenientes et dixerunt illi quare discipuli iohannis et pharisæi
ieiunant. [19] Ait illis ihs̄ numquid possunt filii sponsi ieiunare
quamdiu sponsus cum illis est [20] sed uenient dies cum auferetur
ab eis sponsus et tunc ieiunabunt in illa die. [21] Nemo autem

adsumentum nouum panni adsuit uestimento ueteri alioquin tollit
supplementum nouum a ueteri et maior fit scissura. [22] Et nemo
mittit uinum nouum in utres ueteres alioquin dirumpit uinum
utres et uinum et utres peribunt.

VII. [23] Factum est autem iterum eum sabbatis transire
per segetem discipuli uero eius coeperunt uellere spicas et man-
ducare. [24] Pharisaei autem diceba(n)t ei. ecce quid faciunt sabbatis
quod non licet eis [25] et dixit illis nec hoc legistis quid fecerit da-
uid cum necessitatem habuit et esuriit ipse et qui cum illo erant
[26] quomodo introiuit in domum dī et manducauit panes propositio-
nis et dedit eis qui cum illo erant quos non licebat manducare
nisi sacerdotibus. [28] Dico autem uobis filius hominis dn̄s est
etiam sabbati.

VIII. (c. 3) [1] Et introiit iterum in synagogam et erat ibi
homo habens manum aridam. [2] Et obseruabant eum si sabbatis
curarent (!) ut adcusarent eum. [3] Et ait ihs̄ homini qui habebat
manum aridam surge in medium. [4] Et ait ad illos ihs̄ licet sab-
batis benefacere an male animam saluam facera an perdere. ad illi
tacebant. [5] et circumspiciens eos cum indignatione contristatus est
super illum et emortua illorum corda dixit homini. extende manum
tuam. et extendit et restituta est manus eius statim. [6] Et exierunt
pharisaei cum herodianis consilium faciebant aduersus eum ut
illum perderent. [7] ihs̄ autem secessit cum discipulis suis ad mare.
Et turba multa a galilaea et iudaea [8] et ab hierosolymis et ab
idumaea et trans iordanem et de circa tyrum et sidonem multi-
tudo magna audientes quae faciebat uenerunt ad eum.

IX. [9] Et dixit ihs̄ discipulis suis ut nauiculam sibi prouiderent
propter turbam ne conprimerent eum multitudo. [10] Multos enim
sanauit ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quodquod ha-
beba(n)t plagas. [11] sed et sp̄s inmundi cum illum uiderent procidebant
ei et exclamabant dicentes [12] tu es filius dī. et conminabatur eis
ne eum manifestare sciebant enim eum. [13] Et ascendit in mon-
tem et uocauit ad se quos uoluit ipse et uenerunt ád eum. [14]
Et fecit ut essent duodecim cum illo ut mitteret illos predicare.
[15] et dedit illis potestatem curandi ualetudines et eiiciendi demo-
nia. [16] et posuit nomen simoni petrum [17] et iacobum zebedaei et io-
hannem fratrem iacobi. Et inposuit illis nomina boanergens (!) quod
est filii tonitrui [18] et andreham (!) et philippum et bartholomaeum
et matthaeum et thomam et iacobum alphei et lebbeum et si-
monem chananeum [19] et iudam scarioth qui et tradidit illum.

X. [20] Et introiuit in domum et conuenit iterum turba ad
ihm̄ ita ut non posset manducare panem. [21] Et cum audissent

de eo scribae et ceteri exierunt tenere eū dicebant enim quoniam
exsentiat eos. 22 Et scribae quae ab hierosolymis discenderant (!)
dicebant quoniam belzebul habet principem demoniorum. Et per
eum eicit demonia. 23 Et conuocatis eis in parabolis dicebat eis
dm̄s ihs̄. Quomodo potest satanas satanam eicere. 24 Et si reg-
num in semetipso diuidatur non potest stare regnum illud. 25
Et si domus super ipsa dispertiatur non potest domus illa stare.
26 Et si satanas satanan expellit diuiditur super regnum eius
et non potest stare sed finem habet. 27 Nemo autem potest uasa
fortis diripere ingressus in domū nisi prius fortem adliget et tunc
domum eius diripiet. 28 Amen dico uobis quoniam remittentur
omnia peccata et blasphemiae filiis hominum. 29 Qui autem
blasphemauerit in spū scō nō habent remissionem in aeternum
sed reus erit senpiterni delicti 30 quoniam dicebant spm̄ immun-
dum habere. 31 Et uenit mater eius et fratres eius et foris
stantes miserunt ad illum uocantes eum 32 et sedebant circa eum
turbae et dicunt ei ecce mater tua et fratres tui et sorores tuae
foris querunt te. 33 qui respondens eis dixit illis quae est mater
mea aut qui fratres mei. 34 et circumspiciens eos qui in cir-
cuitu eius sedebat dixit ecce mater mea et fratres mei. 35 qui
enim fecerit uoluntatem dī hic meus frater et soror mea et
mater est.

XI. (c. 4) 1 Et coepit iterum docere ad mare et congre-
gata est ad eum turba multa ita ut in nauim ascendens sederet
proxime litus et omnis turba stabat in litore. 2 Et docebat eos
in parabolis multa et dicebat illis in doctrina sua. 3 audite ecce
exiit seminans seminare 4 et dum seminat aliquid cecidit secus uiam.
Et uenerunt aues et comederunt ea. 5 Aliud uero cecidit supra
petrosa et quouiam non habebat terrā multam statim exortum est
quia non habebat altitudinem terrae 6 et cū exortus est sol exae-
stuabit quoniam non habebat radicem et exaruit. 7 Et aliud ce-
cidit in spinas et incressentibus spinis suffocatum est et fructum
non dedit. 8 Aliud autem cecidit in terram bonam et dat fruc-
tum ascendentem et adferet et crescentem unum tricensumum et
aliud sexagensimum et aliud uero centissimū. 9 et dicebat qui ha-
bet aures audiat et intellegat. 10 Et cum esset singularis inter-
rogauerū eum discipuli eius quae esset haec parabola 11 et dixit
illis. Uobis datum est nosse mysterium dī illis autem qui foris
sunt in parabolis dicitur. 12 Ut uidentes uideant et non uideant
et audientes audia(n)t et non intellegant nequādo conuertantur et
remittantur eis peccata. 13 Et ait illis nescitis parabolam istam
et quomodo omnes parabolas cognoscetis 14 qui seminat uerbū

seminat. [15] hi autem qui sunt circa uiam quibus seminatur uerbum
et cum audierint uenit confestī satanas et aufert uerbum quod se-
minatum est in cordibus eorum. [16] et hi sunt qui seminatur super
petrosa. qui cum audierint uerbum cum gaudio adcipiunt illud [17]
et non habent in se radicem sed temporales sunt deinde orta tri-
bulatione et persecutione propter uerbum et confestim scandalizan-
tur. [18] Et alii sunt qui in spinis seminantur hi sunt qui audi-
unt uerbum. [19] et sollicitudines uictus et delectationes mundi in-
cedentes suffocant uerbum et sine fructu efficiuntur. [20] Hi sunt
autem qui super terram bonam ceciderunt audi(un)t uerbum et
suscipiunt et fructificant unum trigensimum unum sexagensimum
unum uero centensimum. [21] et dicebat illis. Numquid accenditur
lucernam (!) et sub modio ponatur aut sub lecto et non supra candela-
brum ponatur [22] non enim est absconsum sed ut manifestetur nec
factum est occultum sed ut in palam ueniat. [23] qui habet aures
audiat.

XII. [24] Et dicebat illis ihs̄. uidete quid audiatis. in qua
mensura mensi fueritis remetietur uobis et adicietur uobis. [25]
Qui enim habet et dabitur illi qui autem non habet et quod ha-
bet auferetur ab illo. [26] et dicebat. Sic est regnum dī quemadmo-
dum si homo mittat semen super terram [27] et dormiat et exurgat
nocte et die et semen germinet et crescat dum nescit ille [28] ultro
enim terra fructificat primum erbam (!) deinde spicam deinde plenum
triticum spicae [29] et cū produxerit fructus statim mittit falcem quo-
niam adstat messis. [30] Et dicebat cui adsimilauimus regnum dī
aut in quam parabolam conparauimus illud [31] sicut granum senapis
quod cum seminatum est in terra minus est omnibus seminibus
quae sunt super terram [32] fit maius omnibus holeribus et facit ra-
mos magnos ita ut possint sub umbra eius aues caeli habitare. [33]
Talibus multis parabolis loquebatur uerbum prout poterant audire
[34] sine parabola autem non loquebatur eis seorsum autem discipu-
lis exsoluebat eos.

XIII. [35] Et ait illis ihs̄ in illa die cum sero esset factum tran-
seamus contra. [36] et dimittunt turbam et adciperunt illum ita ut
erat in naui et aliae naues multae simul erant cum illo. [37] et facta
est procella magna uenti et fluctus mittebat in nauim ita ut in-
pleretur naues (!). [38] et erat ipse in puppi super ceruical dormiens.
Et excitantes illum dicunt magister non est tibi cura quia peri-
mus [39] et exurgens conminatus est uento et mari et dixit ommu-
tesce. et cessauit uentus et facta est tranquillitas magna. [40] et ait
illis quid timidi estis non dum fidem habetis et timuerunt timore

magno et dicebant ad alterutrum quisnam hic est cui mare et
uenti obediunt ei.

XIV. (c. 5) [1] Et uenerunt trans in regionem gerasenorum.
[2] Et exeuntibus illis de naui statim obuiauit illi homo de monumētis
in spū inmundo [3] qui domicilium habebat in monumento et neque
catenis iam quisquam poterat illum adligare [4] quoniam saepe cō-
pedes et catenas quibus legatus (!) erat disrupisset et conpedes con-
minuisset ne quisquam posset eum amplius domare. [5] Nocte autē
et die in montibus et monumentis erat exclamans et concidens
se lapidibus. [6] Uidens autem ihm̄ a longe cucurrit et adorauit
eum. [7] Et exclamans uoce magna dixit quid mihi et tibi ihs̄
fili dī summi adiuro te per deum uiuum ne me torqueas. [8] Di-
cebat enim illi ihs̄. exi ab homine sps̄ inmunde. [9] Et interroga-
uit eum quod tibi nomen est [10] et deprecabantur eum sps̄ in-
mūdi multum ne expelleret eos de regionem. [11] Erat autem ibi
circa montem grex porcorū magnus pascens [12] et deprecabantur
eum sps̄ dicentes mitte nos in porcos ut in eos introeamus. [13]
Et statim dm̄s ihs̄ misit illos in porcos. Et exeuntes sps̄ in-
mundi introierunt in porcos et inpetu magno grex precipitatus est
in mare quasi ad duo millia et suffocati sunt in mare. [14] qui autem
pascebā illos fugerunt et nuntiauerunt in ciuitatem et in agros.
Et egressi sunt uidere quid esset quod factum est [15] et ueniunt ad
ihm̄ et uident hominem illum qui uexabatur a demonio sedentem
uestitum et sanae mentis sobrium et timuerū [16] narrauerunt autē
illis qui uiderant qualiter factum esset ei qui demonium habuerat
et de porcis. [17] et rogare coeperū ihm̄ ut discederet a finebus eo-
rum. [18] Cumque ascenderet ihs̄ nauem coepit illum rogare qui
a demonio uexatus fuerat ut esset cum illo. [19] Ihs̄ uero non
permisit eū sed ait illi uade in domum tuam ad tuos et adnuncia
illis quanta dms̄ tibi fecit et quod et misertus est tui. [20] Et
abiit et coepit predicare in decapoli quāta sibi fecit ihs̄ et omnes
mirati sunt. [21] Et cum transfretasset ultra iterum ihs̄ conuenit
ad illum multa turba circa mare. [22] Et uenit quidam archisy-
nagogus et uidit eū et procidit ad pedes eius [23] et rogans eum
dicens quoniam filia mea in extremis est et ueniens tange eam
de manibus tuis ut salua sit et uibat. [24] Et abiit cum eo et
sequebatur eum turba multa et conprimebant eum. [25] Et ecce
mulier quae erat in profluuio sanguinis annis XII. [26] quæ multa
passa fuerat a pluribus medicis et erogauerat omnia sua et nihil
profecerat sed peius habebat [27] audito de ihū uenit de retro in
turba et tetigit uestimentum eius dicens intra se [28] uel si uesti-
mentum eius tetigero salua ero. [29] Et confestim siccatus est

fons sanguinis eius et sensit corpore eius quod esset a plaga sana.
30 Cognouit autem ihs̄ uirtutem exisse a se et conuersus ad tur-
bas. quis tetigit uestimenta mea. 31 Dicunt ei ergo discipuli eius
uides turbam conprimentem te et dicis quis me tetigit. 32 Et
circumspiciebat ihs̄ uidere quam hoc fecerat. 33 Et mulier ti-
mens et tremens sciens quod fecerat occulto sciens factum ipsa
uenit et procidit ante eum et dixit ei omnem ueritatem. 34 ihs̄ uero
ait illi. filia fides tua te saluam fecit uade in pacem et esto sana
a plaga tua. 35 Adhuc eo loquente ueniunt ad archisynagogū
dicentes filia tua mortua est quidam (!) plus uexas magistrum 36 ihs̄
autem audiens hoc uerbum ait archisynagogo noli timere tantum
crede. 37 Et non admisit quēquam sequi se nisi petrum et
iacobum et iohannem fratrē iacobi. 38 Et uenit in domum ar-
chisynagogi et uidit flentem turbā et lamentantem multum. 39
Et ingressus ait quid turbamini et quid ploratis. puella nō est
mortua sed dormit. 40 illi uero inridebant illum. ipse uero adiecta
turba foras adsumpto matre et patre puella et qui cum eo erant
et introiuit ubi erat puella. 41 et tenens manum puellae ait illi
tabitha cum quod est interpretatum puella tibi dico surge. 42 Et
confestim surrexit puella et ambulabat erat autem annorum XII.
Et stupuerunt omnes stupore magno. 43 et precepit illis ihs̄ ut ne-
mini dicerent et dixit dari illi manducare.

XVI. (c. 6) 1 Et ingressus inde ihs̄ abiit in patriam suam
et sequebantur eum discipuli illius. 2 Et coepit die sabbati do-
cere in synagogā et multi audientes admirabantur in doctrina eius
omnes dicentes. unde huic haec et quae est sapientia quae data
est illi et uirtutes eius per manus eius efficiantur. 3 nonne hic est
faber filius mariae frater iacobi et iudae et simones (!) et sorores eius
hic sunt nobiscum. et scandalizabantur in illo. 4 Et dicebat eis
ihs̄ quia non est propheta sine honore nisi in patriā suam et in
cognatione et in domum suam. 5 Et non fecit ibi uirtutes mul-
tas nisi paucos infirmos inponens manum curauit 6 et mirabatur
propter incredulitatē illorum. Et circumibat ihs̄ castella in cir-
cuitu docens.

XVII. 7 Et conuocauit duodecim discipulis misit illos per
binos dans illis potestatem fugare spirituum inmundorum. 8 Pre-
cepit illis ne quid secum tollere(n)t in uiam nisi uirgam tantum
non peram neque panem neque nummus in zonis 9 sed calceatos
galliculas (!) et ne induerētur binas tunicas. 10 Et dixit eis quo-
cumque introieritis ibi manete donec exeatis inde. 11 Et qui-
cunque non receperi(n)t uos neque audierint uos exeuntes inde ex-
cutite puluerem de pedibus uestris in testimonium illis. 12 Et

exeuntes praedicabant ut penitentia agerent. 13 Et multa demo-
nia eiciebant et unguebantes oleo multos aegros et sanauerunt.
XVIII. 14 Et audiuit rex herodes manifestum enī fuerat
illi nomen eius et dicebant quod iohannis baptista resurrexisset a
mortuis et ideo uirtutes in illo efficiuntur 15 alii autem dicebant
quod helias uenit alii uero quid unus de prophetis. 16 Quod
audito herodes dixit. Quem ego decollaui hic est iohannes hic
resurrexit a mortuis. 17 Ipse enim herodes misit et tenuit io-
hannem et adligauit eum et misit in carcerem propter herodiadē
uxorem philippi fratris sui quod eam uxorem duxisset. 18 Dice-
bat enim herodi iohannes. non licet tibi habere uxorem fratris tui.
19 Herodes autem insidiabatur illi et quaerebat occidere illum et
non poterat. 20 herodes enim timebat iohannem sciens eum uirum
iustum et sanctum et obseruabat illum et audito eo multa facie-
bat et libenter audiebat illum. 21 Cum dies autem opportunus
adcidisset herodis natalis sui fecit cenam principibus et tribunis et
primus galileae 22 introiens autem filia ipsius herodiadis et saltare.
cum saltasset placuit herodi et simul descumbentibus (!) Dixit rex
puellae pete a me quod uis et dabo tibi 23 et iurauit illi multa
quia quodcumque me petieris dabo tibi etiam si dimidium regni
mei. 24 Que cum exisset dixit matri suae quid petam illa uero
dixit caput iohannis baptistae. 25 Cumque introisset ad regem
confestim dixit da mihi in disco caput iohannis baptistae 26 et cō-
tristatus est rex ut audiuit propter iusiurandum autem et propter
simul recumbentes noluit eam contristare 27 sed misso speculatore
precepit adferri caput eius. Et cum abisset decollauit eum in
carcerem. 28 Et adtulit caput eius in lance et dedit illud puellae
puella autem dedit matri suae. 29 Quod audito discipuli eius
uenerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento.
30 Et conuertentes apostoli ad ihm̄ renuntiauerunt ei omnia
quae fecerunt et docuerunt. 31 Et ait illis ihs̄ uenite eamus in de-
sertum locum et requiescite pusillum. Erant enim quidam euntes
et redeuntis (!) et ne manducandi spatium habebat. 32 Et ascenden-
tis (!) in naui abierunt in desertum locum secreto. 33 et uiderunt eos
abeuntes et cognouerunt multi et pedestres ab omnibus ciuitatibus
concurrerunt illuc et uenerunt illuc.

XIX. 34 Et exiens et uidens ihs̄ turbas multas et misertus
est illis quia erant sicut oues quibus nō erat pastor et coepit
docere eos multa. 35 Et cum iam hora multa fieret accesserunt
discipuli eius dicentes. desertus locus est et hora iam multa est
36 dimitte illos ut euntes in proximas uillas et castella emant sibi quod
manducent 37 Et respondens ihs̄ dixit illis date illis uos manducare.

illi autem dixerunt ei. euntes ememus panes ducentorum denario-
rum et dabimus illis manducare. 38 Ipse uero ait illis. quod pa-
nes habetis ite uidete. Et cum cognouissent dicunt ei quinque
panes et duos pisces. 39 Et precepit illis ut discumberet omnes
per contubernia super uiridem fenum 40 et discubuerunt in partes
per centenos et quinquagenos. 41 Et adcepit ihš quinque pani-
bus et duobus piscibus. Respiciens in caelum benedixit et fregit
Quinque panes et dedit discipulis suis ut ponerent ante eos et
duos pisces diuisit omnibus. 42 et manducauerunt omnes et saturati
sunt. 43 et tulerunt reliquias fragmentorum XII cophinos plenos
de piscibus. 44 Erant autem qui manducauerunt quinque millia
uirorum. 45 Et statim surgens coegit discipolos suos ascendere
nauem ut precederet eum trans fretum ad bethsaidam dum ipse
dimitteret populum. 46 Et cum dimisisset eos abiit in montem
orare.

XX. 47 Et cum sero esset factum iam erat nauis in medio
mari et ipse ihš solus in terra. 48 et uidens illos remigare et labo-
rantes erat enim illis uentus contrarius. Et circiter quarta uigi-
lia noctis uenit ihš ambulans upra marem (!) et uolebat preterire
illos. 49 Illi uero ut uiderunt illum ambulantem supra marem
putauerunt ph(ant)asma esse et exclamauerunt. 50 omnes et contur-
bati sunt. Et locutus est ad eos dicens confidite ego sum nolite
timere. 51 Et ascendit in nauim ad illos et cessauit uentus. Et
plus magis intra se stupebant 52 non enim intellexerunt de panibus
erat enim cor illorum cōlusum. 53 Et cum transfretassent inde
peruenerunt ad terram genesar. 54 Et cum egressus esset de
naui continuo cognouerunt eum. 55 Et circumcurrentes uniuer-
sam regionem illam coeperunt in grabbatis ferre omnes male ha-
bentes circumferebant autem eos ubicumque audiebat ihm̄ esse.
56 et quocumque introibat in uicos uel in uillas aut in ciuitates
ponebant infirmos et in plateis et deprecabantur eum ut uel fim-
briam uestimenti eius tangeret et quodquod tetigissent salui
fiebant.

XXI. (c. 7) 1 Et conueniunt ad eū pharisaei et quidam de
scribis ab hierosolimis. 2 Qui cum uidissent quosdam ex disci-
pulis eius conmunibus manibus id est non lotis manducare panem
uituperauerunt eos. 3 Pharisaei autem et omnes iudaei nisi pu-
gillo lauerit manus nō manducant panem tenentes traditionē seni-
orum. 4 Et a foro cum uenerit nisi baptizentur non adcipiunt
et alia multa sunt quae tradita sunt illis seruare baptismum calicū
et urceorum et aeramentorum et lectorum. 5 Et interrogant eum
pharisaei et scribae dicentes. Quare discipuli tui non sequuntur

traditionem seniorum sed non lotis manibus manducant panē. 6
Ad ipse respondens dixit bene prophetauit eseias(!) de uobis hypo-
critis dicens. populus autē labiis me honorat cor autem eorum longe
habetis a me. 7 Uano autem me colunt docentes me doctrinas
praecepta hominum. 8 baptizantes urceos et calicis et alia quae
multa facitis relinquentes preceptum dī tenentes traditiones homi-
num. 9 Et dicebat illis bene irritum facitis preceptum dī ut
traditionem uestram statuatis 10 moyses enī dixit honora patrem
tuum et matrem tuam. et qui maledixerit patri aut matri morte
moriatur. 11 Uos autem dicitis si dixerit homo patri suo aut
matri corbam quod est donum quodcūque ex me tibi proderit. 12
iam non dimissum facitis illum quidquā facere patri aut matri. 13
inritis facientes uerbum dī per traditionem uestrā quam tradidistis.
Et similia huiusmodi multa faciatis. 14 Et aduocans iterum tur-
bam dicebat illis. Audite me omnes intelligite. 15 nihil est extra
hominem introiens in eum quodcumque posset conmunicare sed quae
de homine procedunt illa sunt quae conmunicant hominem 16 si
quis habet aures audiendi audiat. 17 Et cum introisset in do-
mum a turba interrogabant eum discipuli eius parabolam. 18 Et
ait illis sic et uos imprudentes estis non intelligitis Quod omne
extrinsecus introiens in hominem non potest eum conmunicare. 19
Non intrat in cor eius sed in uentrem et in secessum exit pur-
gans omnes escas. 20 Dicebat autem quoniam quae de homine
exeunt illa conmunicant hominem. 21 De intus autem de corde
hominum cogitationes malae procedunt adulteria furta fornicatio-
nes homicidia 22 auaritiae malitia dolus inpudicitia oculus malus
blasphemia superbia stultitia. 23 omnia haec mala de intus proce-
dunt et conmunicant hominem.

XXII. 24 Et surgens inde ihs̄ abiit in finis tyri et ingres-
sus in domum neminem uoluit scire et non potuit latere. 25 Mu-
lier enim statim ut audiuit de eo cuius filia spm̄ inmundum ha-
bebat introit et procidit ad pedes eius. 26 erat enim greca syrophe-
nissa genere et rogabat eum ut eiiceret daemonium a filia eius. 27
Qui dixit ei sine prius saturari filios non est enim bonum acci-
pere panem filiorum et mittere canibus. 28 ad ille respondit dixit
ei dn̄e sed et catelli sub mensa manducant de micis puerorum. 29
Et ait illi propter hunc sermonem uade exiit demonium a filia
tua. 30 Et cum abisset in domum suam inuenit puellam iacentem
supra lectum et demonium exiisse.

XXIII. 31 Et iterum exiens de finibus tyri uenit per si-
donem ad mare galileae inter medium fines decapolis. 32 et adfe-
runt ei surdum et mutum et depraecabantur eum ut ei manum

imponat. [33] Et adcipiens eum a turba secreto exspuens misit
digitos suos in auriculas et tetigit linguam eius [34] et respiciens in
caelum ingemuit et ait illi. epphetha quod est adaperire. [35] Et
apertae sunt aures eius et solutum est uinculum linguae eius et
loquebatur confidenter. [36] Et precepit illis ne cui dicerent. ad
illi magis magisque predicabant. [37] Et eo amplius admirabantur
dicentes bene omnia fecit et surdos fecit auditum et mutis (!) loqui.

XXIV. (c. 8) [1] In illis autem diebus iterum cum multa
turba esset nec haberet quod manducaret. Conuocatis discipulis
ait illis [2] misereor super istam turbam quoniam triduum est iam
quod hic sunt et non habent quod manducent [3] et dimittere eos
ieiunos in domum nolo. Ne fatigentur in uiam quoniam quidam
ex eis de longe in quo uenerunt. [4] Et responderunt discipuli sui
unde istos possit quis saturare panibus in deserto. [5] Et interroga-
uit eos quod panes habetis. qui dixerunt septem. [6] iussit uero turbae
discumbere super terram. Et adcipiens sēptem panes gratias agens
fregit et dedit discipulis suis ut adponerent et adposuerunt turbae.
[7] Habuerunt autem paucus (!) pisciculos et ipsos benedixit et iussit
poni. [8] Et manducauerū et saturati sunt. Et sustulerunt quod
superauerat fragmētorum septem 'sportas. [9] Erant autem qui
manducauerant quasi quatuor millia hominum et dimisit illos.

XXV. [10] Ihs̄ autem ascendens nauim cum discipulis suis
uenit in parte magedam. [11] Et exierunt pharisaei et ceperunt
conquirere cum eo querentes ab eo signum de caelo temptantes
illum. [12] Et ingemiscens spū suo quid generatio ista querit sig-
num. Amen dico uobis si dabitur generationi huic signum. [13] et
relinquens eos ascenderunt rursus et abiit su(r)sum. [14] Et obliti
sumere panes nisi unum panem secum habebant in nauem. [15]
Quem et precepit illis dicens uidete a fermento pharisaeorum et
fermento herodis. [16] Et cogitabant ad alterutrum quod panes
haberent. [17] Quo cognito ihs̄ ait illis quid cogitatis in cordibus
uestris quia panes non habetis nondum intelligitis. Nec perspicitis
sic obtusa corda uestra. [18] Oculos habentes non uidetis et aures
habentes non auditis nec in mēte habetis [19] de quinque panibus quos
fregi in quinque millia hominum. Quod cophinos fragmentorum
tulistis. qui dixerunt XII. [20] Quando autem septem in quatuor
millia hominum quod sportas fragmentorum tulistis. ad illi dixe-
runt septem [21] et ait illis quomodo nondum intellexistis. [22] Et
ueniunt bethaniam et adferunt caecum et rogauerunt illum ut
eum tangeret. [23] et adprehendens manum caeci et duxit illum ex-
tra castellum et exspuens in oculos eius inpositis illi manibus in-
terrogabat illum si aliquid uideret. [24] Et aspiciens dixit uideo

homines sicut arbores ambulantes. [25] Et iterum inposuit manum
et super oculos eius et coepit uidere et restitutus est ita ut uide-
ret clare omnia. [26] Et dimisit illum in domum suam dicens
uade in domum tuam et si in uicum introieris nemini dixeris
in uico.

XXVI. [27] Et profectus est ihs̄ et discipuli eius in caesa-
rea philippi et in uia interrogabat discipulos suos dicens quem me
dicunt homines esse. [28] Qui responderunt illi dicentes iohannem
baptistam et alii heliam alii autem quasi unum ex prophetis. [29]
Ipse autem interrogauit eos. uos uero quem me esse dicitis. Re-
spondens autem petrus ait illi tu es xps̄. [30] Et conminatus est
eis ut nemini dicerent de eo. [31] Et coepit docere illos quoniam
oportet filium hominis multa pati. Et reprobari a senioribus et
prīcipibus sacerdotum et scribis et occidi et post tres dies resur-
gere. [32] et palam uerbum loquebatur. Quem suscipiens petrus coe-
pit obiurgare eum. [33] Ad ille conuersus uidens discipulos suos
conminatus est petro et dixit. uade post me satanas quoniam non
sapis quae dī sunt sed quae sunt hominum. [34] Et conuocata
turba cum discipulos (!) ait si quis post me uult sequi abneget sibi
et tollat crucem suam et sequatur me. [35] Quid (!) enim uolue-
rit animam suam saluam facere perdet eam qui autem perdiderit
animam suam propter me inueniet illā. [36] quid enim proderit ho-
mini si lucretur uniuersum mundum et damnum faciat animae suae.
[37] Aut quod dabit homo conmutationem animae suae. [38] Qui
autem confusus me fuerit et meos sermones in generatione hac
adultera et peccatrice et filius hominis confundet illum cum uene-
rit in gloriam patris sui cum sanctis angelis. [39] Et dicebat illis
amen dico uobis quoniam sunt quidam hic circumstantium me
qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dī ueniens in
uirtute.

XXVII. (c. 9) [1] Et post dies sex adsumpsit ihs̄ petrum
et iacobum et iohannem et ducit illos in montem altissimum se-
creto solus et transfiguratus est coram ipsis. [2] et uestimenta eius
facta sunt fulgentia cādida uelut nix qualia fullo super terram
non potest facere tam candida [3] et adparuit illis helias cum moyse
et erant loquentes cum eo. [4] Et respondens petrus ad ihm̄ ait
rabbi bonum est nos hic esse uis faciam hic tria tabernacula tibi
unum et moysi unum et heliae unum. [5] non enim sciebat quid lo-
queretur timore enim exterriti. [6] Et factus erat nubs ob-
umbrans eos. Et ecce uox exiit dicens hic est filius meus charis-
simus hunc audite. [7] Et repente circumspicientes neminem am-
plius uiderunt nisi ihm̄ solum secum [8] et descendentibus illis de-

montem (!) praecepit illis ne cui dice(re)nt quae uiderunt nisi cum filius
hominis a mortuis resurrexisset. 10 Et interrogabant eum di-
centes quia dicunt scribae heliam oportet primum uenire. 11 Re-
spondens autem dixit illis helias cum ueniret primum restituet
omnia et quomodo scriptum est in filium hominis ut multa patia-
tur et contemnatur. 12 Sed dico uobis quia et helias ueniet et
fecerunt ei quanta uoluerunt sicut scriptum est de eo.

XXVIII. 13 Et ueniens ad discipulos uidit turbam multam
ad eos et scribas conquirentes cum illis. 14 et confestim omnis mul-
titudo uidentes ihm̄ expauerunt et gaudentes salutauerunt eum.
15 Et interrogauit illos quid inter uos conquiritis. 16 Et re-
spondit illi unus de turba mag(ister) adtuli ad te f(ilium) (me)um
haben(tem) . . . . mutum . . . 17 . . . (ubicun)que ill(um) . . . (alli)dit
ei . . . (denti)bus . . . (ares)ci(t) . . . 19 . . . cum uidisset ihm̄ spš con-
turbabit puerum et cadens in terram uolutabatur spumans. 20 Et in-
terrogauit patrem eius. quantum temporis est ex quo hoc accidit illi.
(A)d ille respondens di(xi)t. ab infantiam 21 et (fr)equenter illum in (i)g-
nem et in aquā . . . (mit)tit ut eum perdat . . . (q)uid potest aut . . .
nobis dñe . . . (s)uper nos . . . . . 24 et cum uideret ihš quod con-
currit turba conminatus est spū inmundo dicens illi. mude (!) et
surde spš ego tibi praecipio exi ab illo et ne redieris in illo 25 et
exclamaui(t) et multum discerpe(ns) exiuit de eo. Et factus est
sicut (mor)tuus ita ut mult(i) (cre)derent quia m(ortuus) 26
. . . ihš aut(em) (tene)ns man(um) (eiu)s leuauit eu(m) . . . (sur-
re)xit . . . . . 28 . . . nullo potest exire nisi in orationem et ieiunio.

XXIX. 29 Et inde egressi trāsiebat per galileam nec uo-
lebat quemquā . . . 30 (doceba)t autem disci(pulos) (s)uos et dicebat . . .
(quonia)m filius (hominis) (trade)tur . . . . (homi)num . . . . et . . . dies . .
33 . . . inter se enim disquirebant in uiam quisnam esset illorum
maior. 34 Tunc sedens uocabit duodecim et ait illis si quis uult
primus esse fiat omnium nouissimus et omnium minister. 35 Et
adsumens puerum statuit eum in medio eorum quem cum con-
plexus esset ait illis 36 quisquis ex huiusmodi pueris receperit in
nomine meo me recipit et quisque me susceperit non me suscipit
sed eum qui me misit. 37 respondit autem illi iohannes dixit ma-
gister uidimus quemdā in nomine tuo eicientem demonia qui non
sequitur nos et prohibuimus illum. 38 Ad ille respondens ait
nolite prohibere eum nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine
meo et possit cito male loqui de me. 39 Qui enim non est ad-
uersum uos pro uobis est. 40 Quisquis enim potum dederit uo-
bis calicem aquae in nomine meo quia dm̄i estis amen dico uobis
quia non perdet mercedem suam. 41 Et quisquis scandalizauerit
unum ex his pusillis modicis credentibus bonum est illi magis si

circumdaretur mola asinaria circa collum eius et in mare mittere-
tur. 42 Et si scandalizat te manus tua amputa illam bonum est
tibi debilem introire in uitam quam duas manus habentem ire in
gehennam ubi est in ignis inextinguibilis. 43 ubi uermis eorū non
moritur et ignis non extinguetur. 44 [et] si pes tuus scandalizat te
amputa illum (b)onum est tibi claudum introire in uitā quam duos
pedes habentem mitti in gehennam ubi ignis inextinguebilis 45 ubi
uermis illorum non moritur et ignis non extinguetur. 46 quod si
oculus tuus scandalizat te exime illū bonum est tibi luscum in-
troire in regnum dī quam duos oculos habentem mitti in gehen-
nam 47 ubi uermis illorum non morietur et ignis non extinguetur.
48 Omnis enim uictima sale salietur. 49 Bonum est sal quod
si sal insulsum fuerit in quo illud condietis habete in uobis salē (!)
et pacem habete inter uos.

XXX. (c. 10) 1 Et inde exsurgens uenit in fines iudeae
trans iordanem et conuenit turba ad eum sicut consueuerat et ite-
rum docebat illos. 2 Et accedentes quidam interrogabant illum
si licet uiro dimittere uxorem suam temptantes eum. 3 Respon-
dens autem ihs̄ dixit illis quid uobis praecepit moyses. 4 Qui
dixerunt. permisit nobis libellum repudii dare scriptum et dimit-
tere. 5 Respondens uero ihs̄ dixit illis. Ad duritiam cordis ue-
stri scribsit uobis praeceptum hoc 6 ab initio autem masculum et
feminam fecit ds̄ et dixit. 7 Propter hoc relinquet homo patrem
suum et matrem suam et adherebit ad uxorem suam. 8 Et erunt
duo in carne. itaque non sunt duo sed una caro. 9 quod ergo ds̄
coniunxit homo non disiungat. 10 Et in domo iterum discipuli
eius de hoc interrogauerunt eum. 11 et dixit illis quisque dimiserit
uxorem suam et aliam duxerit adulterium conmittit super eam. 12
et mulier si exeat uiro et alii nupserit moechatur et qui dimissam
ducit moechatur. 13 Et offerebant illi pueros ut tangeret eos.
discipuli autem eius conminabantur eis qui offerebant. 14 quos cum
uideret ihs̄ indigne tulit et ait illis sinite pueros uenire ad me
et nolite prohibere illos talium enim est regnum dī. 15 (am)en dico
uobis quisquis non receperit regnum dī sicut infantes non introiuit
in illud. 16 et conuocans eos inponebat manus super illos benedice-
bat eos. 17 Et cum egressus esset in uiam procurrens quidam
et adgeniculans ante eū dixit magister bone quid faciam ut uitam
aeternam percipiam.

XXXI. 18 Et ihs̄ dixit illi quid me dicis bonum. nemo
bonus nisi unus solus ds̄. 19 praecepta nosti. ne adulterabis non oc-
cidas non falsum testimonium dixeris non fraudem feceris honora
patrem et matrem. 20 Ad ille respondens dixit illi magister

haec omnia custodi a iuuentute mea. 21 Ihs̄ autem intuitus eum
dilexit eum et dixit illi unum tibi deest uade quecumque habes
uende et da pauperibus et habebis thensaurum in caelo et ueni
sequere me. 22 ille autem contristatus est in uerbo abiit tristis erat
enim habens multas possessiones et pecunias. 23 Et circumspi-
ciens ihs̄ ait discipulis suis quā difficile qui pecunias habent in
regnum dī introibunt 25 facilius est camelū per foramen acus tran-
sire quam diuitem in regnum dī. 24 discipuli uero eius pauebant in
uerbis eius. Ad ihs̄ respondens illis filii quam difficele (!) est eos
qui confidentes in pecuniis in regnum dī introire. 26 Qui autem
magis admirabantur ad semetipsos dicentes et quis potest saluus
fieri. 27 Et intuens illos ihs̄ aput homines impossibile est aput
dm̄ autem possibilie. 28 Et coepit ei petrus dicere ecce nos
missum fecimus omnia et secuti sumus te. 29 Respondens autem
ihs̄ dixit amen dico uobis nemo est qui reliquerit domum uel
fratres aut sorores aut matrem aut filios aut agros propter me et
propter euangelium 30 qui non adcipiat centies tantum nunc in hoc
tempore qui autem reliquerit domum et sorores et fratres et ma-
trem et filius cum persecutionibus in uentura uitā aeternam acci-
piet. 31 Multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi.

XXXII. 32 Erant autem in uia ascendentes in hierosoly-
mam et precedebat illos ihs̄ et pacebant sequentes. Et adsumens
illos duodecim coepit eis iterum dicere quae sibi euentura essent.
33 quia ecce ascendimus hierosolymam et filius hominis tradetur
principibus sacerdotum et scribis et damnabunt illum morti et tra-
dent eum gentibus 34 et inludent eum et conspuent eum et occi-
dent eum et post tres dies resurget. 35 Et adcesserunt ad eum
iacobus et iohannes filii zebedaei dicentes magister uolumus ut
quodcumque petierimus te praestes nobis. 36 Ad ipse dixit quid
uultis ut faciam uobis 37 illi autem dixerunt da nobis ut unus ad
dexteram tuam et alius ad sinistram sedeamus in gloriam tuam.
38 Ad ihs̄ respondens ait illis nescitis quid petatis potestis bibere
calicem quem ego bibiturus sum aut baptismum quod ego baptizor
baptizari. 39 Ad illi dixerunt possumus. Et ait illis ihs̄ cali-
cem quidem quem ego bibero bibetis et baptismum quod ego bap-
tizor baptizabimini 40 sedere autem ad dexteram meam uel ad sini-
stram non est meum dare aliis paratum est. 41 Hoc audito ce-
teri decem coeperunt indigne ferre de iacobo et iohannem (!). 42
Quos cum aduocasset ihs̄ ait illis scitis qui(a) hi qui uidentur prin-
cipari gentium dominantur eorum et principes eorum potestatem
habent illorum. 43 Non ita in uobis sed quicumque uoluerit
maior esse in uobis uester minister 44 et quicumque uoluerit in uobis

esse primus erit omnium seruus. [45] Nam et filius hominis non
uenit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptio-
nem pro multis.

XXXIII. [46] Et tunc ueniunt iericho et proficiscente eo
inde cum discipulis suis et turba multa filius timaei bartimeas(!)
caecus sedebat circa uiam mendicans [47] hic cum audisset quod ihš
nazareus est coepit clamare et dicere ihū fili dauid miserere mei
[48] et multi conminabantur illi ut taceret. Ad ille multo magis
clamabat fili dauid miserere mei. [49] Et stans ihš iussit
illum uocari. qui dicunt caeco animequior esto surge uocat te.
[50] Qui proiecto uestimento suo exiliens uenit ad eum. [51] et re-
spondens dixit illi ihš quid uis faciam tibi. Caecus autem dixit
ei dm̄e rabbi ut uideā. [52] ihš uero dixit ei uade hi(c). uade fides
tua te saluum fecit. et confestim uidit et sequebatur eum in uiam.

XXXIV. (c. 11). [1] Et cum adpropinquaret hierosolymam
et bethaniam ad montem oliueti mittit duos ex discipulis suis [2] et
ait illis ite in castellum quod contra uos est. Et introeuntes sta-
tim inuenietis pullum adligatum super quem nemo adhuc homi-
num sedit soluite illum et adducite. [3] et si quis uobis dixerit quid
soluitis pullum et dicetis dn̄o necessarius est et continuo dimit-
tet illum hoc. [4] Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante
ianuam foris in transitum et soluerunt eum. [5] Et quidam de
circumstantibus qui erant ibi dixerunt eis quid facitis soluentes
pullum. [6] Qui dixerunt eis sicut dixerat illis ihš et permiserunt
illis [7] ducere pullum ad ihm̄ et inponunt illi uestimenta sua et
sedit supra illum. [8] multi autem uestimenta sua sternebant in uiam
alii uero ramos cedebant de arboribus et sternebant in uiam. [9]
Et qui preibant et qui sequebantur clamabant [10] benedictus qui
uenit in nomine dn̄i benedictum quod uenit regnum patris nostri
dauid hosanna in excelsis.

XXXV. [11] Et cum introisset hierosolymam in tēplo cir-
cumspexit ōnia cum iam ad uespera esset hora exiit in bethaniam
cum duodecim. [12] Et alia die cum exisset a bethaniam esuriit.
[13] et cum uidisset a longe ficum habentem foliam uenit uidere si
quid esset in eam et nihil inuenit nisi folia non enim erat tem-
pus ficuum. [14] et ait ei iam non amplius in aeternum fructum quis-
quam ex te manducet. Et audiebant discipuli eius. [15] Et uene-
runt iterum hierosolyma et cum introisset in templū et coepit eiicere
uendentes et ementes in templo et mensas numulariorum et cathedras
uendentium columbas euertit [16] et non sinebat ut quisquam trans-
ferret uas per templum [17] et docebat illis dicens scriptum est enim
domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus uos autem

fecistis illam speluncam latronum. [18] Quo audito summis sacerdotibus et scribae quaerebant quomodo illum perderent. Timebant autem eū quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrinam eius. [19] Et cum uespera facta esset egrediebatur de ciuitate. [20] et cum transiret mane uiderunt arborem fici haridam factam a radicibus. [21] et recordatus petrus ait illi rabbi ecce arbor fici cui maledixisti aruit. [22] Et respondens ihs̄ ait illis habete in uobis fidem dī. [23] Amen dico uobis quoniam quicumque dixerit huic monti tollere et mittere in mare et non hesitauerit in corde suo sed crediderit futurum fiet quodcumque dixerit. [24] Propterea dico uobis omnia quaecumque orantis petitis credite quoniam adcipietis et erit uobis. [25] Et cum statis ad orandum dimittite si quid habetis a(d)uersus aliquem ut et pater uester qui in caelis est dimittat uobis delicta uestra. [26] Quod si uos non remittis nec pater uester qui in celis est remittet uobis peccata uestra.

XXXVI [27] Et uenit rursus hierosolymam. et cum deambularet in templo uenerunt ad eum principes sacerdotum et scribae et seniores [28] et dicunt illi in qua potestate haec fecis et quis tibi hanc potestatem dedit. [29] Ihs̄ autem respondens ait illis interrogabo uos et ego unum uerbum et respondete mihi et ego dicam uobis in qua potestate haec facio. [30] Baptismum iohannis de caelo est an ex hominibus respondete mihi. [31] Illi uero cogitabant ad inuicem dicentes quid respondemus si dixerimus de caelo dicet quare ergo non credidistis ei [32] si autem dixerimus ex hominibus timemus populum omnes enim sciebant iohannem uere prophetam esse. [33] et responderunt ad ihm̄ dicentes nescimus. et respondit ihs̄ ait illis neque ego dico uobis in qua potestate haec facio.

XXXVII. (c. 12) [1] et coepit ihs̄ in parabolis loqui illis uineam pastinauit homo et circumdedit sepē et fodit torcular et aedificauit turrim et locauit eam colonis et pelegre profectus est. [2] Et misit ad colonos in tempore seruum ut darent illi ex uinea fructum. [3] et adprehensum eum ceciderunt et miserunt uacuum ad eum. [4] Et iterum misit ad illos alium seruum et illum in capite uulnerauerunt et contumeliis adfecerunt. [5] Et alium seruum misit et illum occiderunt et alios plures et quosdam ceciderunt quosdam uero occiderunt. [6] Adhuc autem unum habens filium charissimum et illum misit nouissimum dicens quia forsitan filium meum reuerebuntur. [7] Coloni autem dixerunt ad inuicem. hic est heres uenite occidamus eum et nostra erit hereditas. [8] et adprehensum eum occiderunt et proicerunt illum extra uineam. [9] Quid ergo faciet dms̄ uineae. uenit et perdet colonos et dabit

uineam aliis colonis. 10 Nec scripturam hanc legistis lapidem
quem reprobaberunt aedificantes hic factus est in caput anguli
11 a dm̄o factus est hic est admirabile in oculis nostris. 12 Et
querebant eum tenere et timuerunt turbam cognouerunt enim quo-
